CAROLI LINNAEI

SYSTEMA, GENERA, SPECIES PLANTARUM

UNO VOLUMINE.

EDITIO CRITICA, ADSTRICTA, CONFERTA

SIVE

CODEX BOTANICUS LINNÆANUS

TEXTUM LINNÆANUM INTEGRUM EX OMNIBUS SYSTEMATIS, GENERUM, SPECIERUM PLANTARUM EDITIONIBUS, MANTISSIS, ADDITAMENTIS SELECTUMQUE EX CETERIS EJUS BOTANICIS LIBRIS DIGESTUM, COLLATUM, CONTRACTUM,

CUM

PLENA EDITIONUM DISCREPANTIA

EXHIBENS.

IN USUM BOTANICORUM PRACTICUM

EDIDIT

BREVIQUE ADNOTATIONE EXPLICAVIT

HERRMANNUS EBERHARDUS RICHTER

M. DR., PROF. ACAD. MED.-CHIR. DRESD., PL. S. E. S. O.

LIPSIAE

SUMPTUM FECIT OTTO WIGAND

1840.

Digitized by Google



LECTORI BENEVOLO.

§. 1. SAECULARIS annus est, ex quo primum apparuere opera Divi Caroli LINNAEI, quibus ob insignem methodum, insolitam fidem atque admirandam illam, quam testantur, diligentiam intra breve tempus per orbem terrarum receptis, sublto omnis historia naturalis de integro conversa est novamque faciem induit ac novam intravit aeram.

§. 2. OPERA illa, maxime quae ad Systema Naturae pertinent, atque ex his botanica prae ceteris, jam fide autoris et nominibus ab eo introductis sanctisque, singularem autoritatem apud omnes eruditos nacta sunt, ita ut jure nunc habeantur fundamentum cujuscunque in re botanica disquisitionis, emendationis et additionis.

§. 3. EDITIONES eorum varias habemus: partim originales, Linnaeanas — partim hybridas, furtim recusas — vel alienatas, emendatas auctasque ab aliis — vel alienas, vix nisi Linnaei nomine ornatas elaborationes Virorum Doctorum. Ex his Linnaeanae [quasi unum organismum hodie referentes] continuam seriem emendationum, mutationum additionumque ab auctore factarum exhibent, ita ut sese invicem nunquam non expleant aut interpretentur, atque singula seorsim, reliquorum collatione neglecta, prorsus intelligi nequeant.

§. 4. RARITAS editionum originalium, in quibusdam de die in diem adaucta, PRETIUM eximium quo emuntur tam copiosa fertilissimi scriptoris opera, DIFFICULTAS tandem ea singula evolvendi in quovis genere et quavis specie [nec taediosum solum hoc est, verum in nonnullis adeo perdifficile: quippe quum abscondita permulta sint in additamentis variorum operum, vel tantum in dissertationibus ὡς ἐν παρόδῳ notentur et sic porro]: — omnia haec magis magisque monent, adesse tempus, quo tandem aliquando prodire debeat EDITIO variorum Linnaeanorum operum, textum rite comparatum et in unum volumen contractum continens, usui botanicorum practico destinata, eaque ratione redacta, ut jam pretiosa illa et perpetuis repetitionibus suis valde molesta Originalia Linnaeana seponi atque ad bibliotheeas majores relegari possint.

§. 5. CODEX ejusmodi botanicus Linnaeanus necesse est lectoribus haecce exhibeat:

1) *TEXTUM COMPLETUM* operum eorum, quae coram orbe terrarum Linnaeanam autoritatem referunt, i. e. editionum originalium Systematis Naturae (Ed. I., II., VI., X., XII. et XIII.) Generum plantarum (Ed. I., II., V. et VI.) et Specierum plantarum (Ed. I. et II.) earumque Mantissarum (I. et II.), Corollariorum et Additamentorum variorum, hic illic dispersorum.

2) *TEXTUM EX PARTE COMPLETUM* eorum operum, quae basin plerumque systematicis istis libris praebuere, scilicet Florarum (Lapponicae I., II., Suecicae I., II., Zeylanicae), Hortorum (Cliffortiani et Upsaliensis), Materiae medicae, Dissertationum ex Amoenitatibus acad. variarum. Quaecunque enim in his ad diagnosticam, synonymiam et descriptionem, multa

etiam quae ad locos natales spectant, ita complent et explicant libros systematicos (n. 1.), ut iis ad veram Linnaei mentem cognoscendam vix carere possis, etiamsi non tam pretiosa essent, qualia revera esse invenies. — Supervacanea e libris citatis codici inserenda non erunt.

3) *Selectiora* porro codex exhibeat e reliquis omnibus scriptis Linnaeanis ad rem botanicam facientibus: et ea scripta ubique conferat, citet et respiciat necesse est. In his praecipue notanda sunt Itinera varia, Epistolae, Acta Holmensia, Upsaliensia etc., Fllll opera, Posthuma Linnaeana et sic porro.

4) *Collata* denique sint ea, quae ex alienis operibus (v. c. Smithianis, Wahlenbergianis, Friesianis al.) ad Linnaeum explicandum valent. Sed ea messis nimia non esto, ne in recentiores disceptationes aberret codex aut vel tantillum deducatur ab exhibendo integro et tali qualis fuerit Linnaeo.

§. 6. CONSILIO HOC ducti accurate comparavimus libros omnes citatos, methodum assumpsimus unicam, qua ingens haec materies absque jactura uno volumine coarctari, taediosae tamen repetitiones evitari posse viderentur, atque elegimus e n. 2. 3. 4. omnia, quae judices aequi e botanicis desiderare in Codice Linnaeano possint.

§. 7. RATIONEM EDITIONIS sequente Capite I. reddere studebimus, methodum, ordinem, signa explicabimus, singulosque LIBROS ADHIBITOS Cap. II. recensebimus et describemus. TABULAS tandem duas annectimus: I^mam ordinem operum adhibitorum chronologicum illustrantem: II^dam signa et abbreviationes explicantem. *Quae quidem omnia ne praetereat usurus Codice Lector, enixe rogamus!*

§. 8. APHORISMOS Cap. III. annectimus aliquos, qui vel observationes in conferendis variis Linnaei autorumque adhibitorum operibus factas continent, vel ad criticam operum Linnaeanorum pertinent. — Critica Linnaeana, magnum sane et gravissimum opus, hucusque in litteris botanicis desideratur, nec vero nos sumus ii, a quibus illud perpetrari queat: conjunctis forsan plurium studiis, cognitis omnibus ad eam spectantibus collectionibus, manuscriptis, epistolis, libris locisque, serus aliquando dies eam conspiciat. Nostri aphorismi si minimum in hac re emolumentum attulisse censeantur, nihil praeterea expetimus.

§. 9. Ita accipe, LECTOR BENEVOLE, et nobiscum utere redivivo hocce Linnaeo, hac fiducia, „nos quidem, quantum in nobis fuerit, ea diligentia et probitate in elaborando versatos „esse, ut totum et integrum textum pro usu practico in manu haberes, neque, — nisi a nobis „jussus verbo (*confer*) vel similibus, — vel unicum ex his libris de recenti evolvere deberes." — Quod si non omni nostra edendi ratione contentus, post diuturnum quoque codicis usum, fueris, molem ingentem intricatissimumque laborem consideraris, benigne certe ea etiam, quae displiceant, judicare velis. Ita vale nobisque fave.

Dabam Dresdae,

mense saecolari Syst. Nat. editi

Calendis Augusti.

A. P. C. MDCCCXXXV.

Editor.

CAPUT I.

RATIO EDITIONIS.

§. 10. DIFFICILEM *Codicis usum esse*, ne primo intuitu exclames, L. B., jure veremur. Sed facile ei adsuesces et summo emolumento utere eo, considerans ubique — 1. *operum adhibitorum ordinem chronologicum*, *tabula annexa accurate significatum*, — 2. *typorum adornationem editionum librorumque discrepantiam et varias lectiones maxima brevitate exhibentem* (cf. tabulam Signa et Abbreviationes explicantem), — et ubi perlegeris 3. *brevem*, *quae nunc sequitur*, *methodi nostrae expositionem*.

§. 11. METHODUS *editionis nostrae* in eo posita, ut textum omnium librorum huc pertinentium, (§. 5. n. 1—3.) ubi congruat, in unum contrahamus, ipsis libris in calce citatis: vel notulis subjectis indicemus identitatem vel diversitatem.

Obs. Opera Linnaeana omnia minime conferta, sed spatiosa typorum adornatione edita sunt, ut re vera nimium in iis spatium possumdetur. Id quod Linnaei aetate facillimum lectoribus et conspectum et intellectum exhibuit, nec parum adjuvabat novi Systematis introitum. Id ipsum autem nostra aetate supervacaneum est, et aliis auxiliis typographicis re sarciri potuit; hinc tantam verum copiam uno volumine complecti potuimus.

§. 12. DISCREPANTIA (s. *Varietates*) leviora in ipso textu recepimus, usi ad ea distinguenda typorum varietate et parenthesibus: id quod et intellectu facillimum et omnium compendiosissimum esse videbatur. Auxilia praeterea nonnulla adhibuimus. Quae *Tabula II.* (p. XXXII) explicata sunt omnia.

1) Litteris „t. e." indicavimus, in libro aliquo citato *terminus extare, serius a Linnaeo emendatioribus commutatos*, levioris momenti quidem, (quales adeo auctor ipse pierumque tacite mutare consuevit, ubi verba e tali opere laudato serius citaret). Fuimus autem in ea re κριτικώτατοι, ne quid exterminaremus termini emendatione ponderosius.

2) Verbum *vel verba* mutata, addita *vel* omissa, serius vel prius, typis variantibus excudi curavimus (*cursivis* aut distantibus rectis *cursivisve*). Opus ipsum, in quo textus ea ratione discrepat, in parenthesi additum est, v. c. „(*Sp. II.*)".

3) Deesse quidquam, iisdem in parenthesibus *signo* „ϑ." *indicavimus*, a lectoribus ad vocabula proxime praecedentia, quae typis discrepant, referendo.

4) Si longior phrasis *deest vel additur* in aliquo opere, pierumque sublevandi lectoris gratia, *lineolam* „—" illi praefigimus, praeterea quod a praecedente textu typis discrepant.

5) Ubi in fine *phraseos alicujus* (maxime in diagnosibus) quaedam adduntur in aliquo opere A., quae desunt in altero B.: tum prius citato B. *puncta interponimus* „.....", atque deinde *addita verba ista*, cum illo opere A., citamus. [*Cf. e. gr. Maranta Galanga*, n. 11.]

§. 13. PRAECIPUA haec sunt editioni nostrae peculiaria, varium in modum quidem a nobis administrata: quae sicubi non sufficerent, NOTULIS *textui subjectis* explicavimus librorum discrepantiam.

Obs. JUDICIUM autem criticum, ubi displiceat haec methodus, vel magis placuerit ista a philologis ad codicum varietatem exponendam vulgo adhibita, (quam quidem, *notulis in calce paginae positis*, periclitati sumus in praefationibus Linnaeanis recudendis), rogare liceat, ut ipse non ex una alterave pagina Codicis judicium ferat, sed totum conferat. Neque enim ludibrio, sed materie per biennium tractata hanc tamquam unicam brevem et adstrictissimam elegimus methodum: promptique et parati sumus, si melior indicetur, in nova Codicis editione aliquando eam adhibere.

§. 14. EXHAUSTA sunt opera ad Systema vegetabilium *speciatim* pertinentia (§. 5. 1., *Cap. II.* 1—18.). Exhausta etiam in usum botanicorum practicum, i. e. quoad diagnoses, synonyma descriptionesque, omnia illa, quibus citatis et collatis non addamus verba, „*cf.*:" vel „*quae cf.*" *et similia*.

Obs. *Rationibus in seligendo textu ex operibus minoribus ducti sumus tribus:*

1) ne quid ad rem maxime pertinens omitteretur et a lectore in alio libro evolvendum esset;

Digitized by Google

2) ne spatium nimium rebus supervacaneis [1]), synonymis obsuletioribus (*qualibus v. c. abundat H. Cliff. et Fl. Lapp.*) vel nimis longis descriptionibus perderetur. Ea quoque in re cautissimi fuimus et maxime probi;

3) ne unquam oblivisceremur, principium hujus editionis esse, ut via sternatur aliquando curandae Operum Linnaeanorum editioni adstrictissimae, textum nullibi *bis* eundem referente atque innumeris repetitionibus Linnaeanis penitus vacante.

§. 15. ORDO servatus in edendo plane est ille, qui fuit in operibus Linnaeanis, vel fuisset certe, si *Systema Vegetabilium* perfectum ita ut *Systema Animalium Mineraliumque* simul editum esset, neque vero tamquam compendium ac supplementum *Generum* et *Specierum plantarum* vario tempore antea editorum apparuisset. Breviter secundum hunc ordinem §§. sequentibus (16—26.) recensebimus singula.

§. 16. PRAEFATIONES primo accipis Linnaeanorum operum hoc volumine contractorum, Systema Vegetabilium re vera efficientium (§. 5. 1. et Cap. II. 1—18.). Discrepantia, nisi levissima, addita sunt. Seorsim excudenda erat Introductio Syst. I—VI. a S. X—XIII. plane diversa, et praefatio quaedam tantum in S. X. exhibita, nec serius. Minores quasdam praefationes *contra ordinem chronologicum* e rationibus typotheticis disposuimus, quod vix vituperabis.

Obs. Omissa e libris dictis (§. 5. 1.) post praefationes haec sunt:

1) *Auctorum cunspectus* in G. I. II., et in Sp. I. II. exhibiti. Qualem quidem multo auctiorem in usum botanicorum in fine libri adjungemus.

2) *Conspectus nominum genericorum* ad Systema Linnaeanum dispositus. Talem saepe promulgavit Linnaeanus, do divulgando systemate tunc minus cognito sollicitus. *System. naturae* Ipsius *Ed. I.* et *II.* nihil aliud referunt nisi ejusmodi Indicem. Inter utramque bis talem promulgavit, *alterum* (ob Genera nova in G. I. et Corollario gen. publici juris facta) *nomine* „*Methodus sexualis*", *alterum in libro* „*Classes plantarum*," p. 445. sq., paucis generibus auctum. Deinde similes convenienter auctos indices *in Generum pl. ed. II.* et *V.*, nomine „*Ordu Ganerum*", et *in Systemat. ed. XII. tom. 2. p. 26—48. et XIII. p. 27—48.*, nomine „*Classium ganara*" dedit. In Gen. pl. ed. VI. eundem, *sed ad singulas classes distributum*, exhibuit. Nos vero ejusmodi Conspectu non opus esse judicavimus, quem in nostra editione conspectus generum ad singulas classes exhibiti et ipsa typorum administratio summam perspicuitatem efficiens supplere viderentur. Sed si quis aliquando edat *Linnaei Classes plantarum*, optime is conspectum omnium mutationum a L. sensim factarum elaborare et loco *Cunspectus* illic obvii dare poterit.

3) *Tabulam*, classes singulas (simulque ordines per pistilla) illustrantem, aere incisam, sed profecto maxime rudem, Linnaeus dedit in Gen. Pl. ed. II. atque in S. VI. (*de q. cf. infra*). Jure hanc omittendam esse putavimus, ne dedecus esset codici, ubi fida et immutata redderetur.

4) *Classes naturales* a Linnaeo in fine libri *Gen. Pl. ed. VI.* (*sine pag.*) exhibitae, maximi momenti sunt. Sistunt multo perfectius Systema naturale, quam quod antea *in libro Classes plantarum* dedit L. („*Fragmenta methodi naturalis*" *pag.* 490—514.). Sed ob argumenti affinitatem profecto illic relegenda videntur ab editore Operum Linnaei. *Cf. infra, ubi de G. VI. agitur.*

§. 17. CONSPECTUS GENERUM, quos vocamus, Characteres factitios generum exhibentes, (*cf. praef. Generum pl.* §. 16. *Cod. pag.* 11.), singulas classes exordiuntur, — in Syst. X., XII. et XIII., additis addendis mutatisque mutandis plerumque iidem: *qui quidem omnes comparati et in Codice recusi sunt.*

Obs. 1. Syst. ed. I. II. VI. et Methodus sexualis (*de quibus cf. infra Cap. II*) ad hos conspectus collata sunt rationa habita: 1. divisionum at subdivisionum *in longioribus generum seriebus institutarum*, et 2. plantarum anomalarum *indicatarum*. — Reliquus textus ex S. VI. ad singulas generum diagnusos (*s. charact. specificos*) collatus est.

Obs. 2. Series generum non in omnibus operibus eadem, sed frequentissimo mutata est, vel quod haec vel illa affinitas magis placeret, vel quod serius melius cognitus character generis aliam classem vel ordinem exposceret. Hujus rei rationem ubique reddidimus *in Codice* ad singula genera, et *in Capite sequente* ad singulos libros, quos ibi recensemus, iterum indicavimus, quaenam genera in hoc vel illo primum locos mutatos acceperint.

Obs. 3. Classium Ordines maximo ad S. XII. et XIII. exhibemus. Variant illi variis in operibus L., ob addita maliusve cognita genera, quae efficerent, ut modo deleretur ordo, modu novus accederet. Quas mutationes in Codice indicare nolentes, hic recensere voluimus: — *Class. II. Digynia* ☿. in S. I.; — *Cl. III. Trig.* ☿. S. I—II., adest inde a G. II.; — *Cl. VI. Tetrag.* ☿. S. I.; — *Cl. VI. Hexag.* adest pro anomalis, Alism., Damason. et Triglochin, in S. I., II., VI.; — *Cl. VII. Dig.* ☿. ante S. X.; — *Cl. VII. Trig.* ☿. ante Sp. II.; — *Cl. VII. Tetrag.* praecedentis loco adest in S. XII., Mant. II.; — *Cl. VII. Heptag.* add. inde e Sp. II.; — *Cl. VIII. Polyg.* adest pro Michelia

---

1) Neque enim v. c. in mente nobis est, recipere seb Boerhavii laudes immortalis Boerhavii ex H. Cliff., vel originem nominum genericorum Boelae, Corrigiolae etc. ex H. Cliff. et Fl. Lapp., vel notulas innumeras oeconomicas, medicales etc. ex Fl. Lapp. et Succica. Quae suo loco optime aliquando invenies in *Operibus Linnaei.*

in Meth. sex. – S. VI., omiss. inde a G. V.; — *Cl. X. Tetrag.* pro anom. add. in S. XII. XIII.; — *Cl. XI. Trig.* jam in S. I. pro Euphorbia anom. adest, ♂. a Meth. sex., restitut. a Sp. I. seq.; — *Cl. XI. Tetrag.* in S. XII. XIII. adest pro anom.; — *Cl. XI. Pentag. add. in* Sp. I. seq.; — *Cl. XI. Octag.* add. S. X. XII., ♂. S. XIII.; — *Cl. XI. Dodecag.* loco sequentis adest in S. I. X. XII. XIII. et Sp. I. II.; — *Cl. XI. Polyg.* loco praecedentis in G. I - V. et S. VI., pro anom. in S. XIII.; — *Cl. XII. Tetrag.* add. Meth. sex - G. II. pro Philadelpha, omiss. Sp. I. G. V., restit. S. X. pro Tetragynia, omiss. Sp. II. seq.; — *Cl. XIV. Ord.* 3. *Polypetala* adest pro Meliantho in G. II. V.; — *Cl. XVI. Triandr.* addenda est ex Am. ac. 8.; — *Cl. XVI. Heptand.* pro anom. S. XII. XIII.; — *Cl. XVI. Enneand.* loco sequentis pro Browaea adest in S. XII.; — *Cl. XVI. Cl. Dodecaandr.* add. Sp. II., restit. S. XIII.; — *Cl. XVI. Dodec.* add. Sp. II. seq.; — *Cl. XVII. Pentandr.* add. S. X. nec reliq. — *Cl. XVII. Octandr.* ♂. S. I.; — *Cl. XVIII. Pentandr.* et *Icosandr.* ♂. S. I.; — *Cl. XVIII. Dodec.* add. S. XII. XIII.; — *Cl. XIX. Polyg. aequalis* ♂. S. I., ubi sub Monogamia; — *Cl. XIX. Segregata.* add. primo Sp. II. seq.; — *Cl. XX. Octandr.* add. in S. X. pro Pistia, in G. VI. pro Cytino; — *Cl. XX. Dodecand.* add. S. XII.; — *Cl. XXI. Diandr.* add. Sp. I. seq.; — *Cl. XXI. Hexand.* ♂. S. I.; — *Cl. XXI. Heptand.* add. Sp. I. seq.; — *Cl. XXI. Monadelph.* (in S. XII. supra paginas bene Adelphia vocata) a. S. I. ad G. II. praecedit ordinem quendam „Polyadelphiae", cui conjuncta a S. VI.; — *Cl. XXI. Gynand.* add. S. VI. seq.; — *Cl. XXII. Monand.* ♂. S. I - G. II.; — *Cl. XXII. Dodec.* ♂. *S. I - X.*; — *Cl. XXII. Icos.* ♂. in S. I. et Gen. V., nec in reliquis; — *Cl. XXII. Gynand.* ♂. S. I - G. I.; — *Cl. XXIII.* 3. in Sp. I. II. S. X. vocatur „Polyoecia" pro Trioecia; — *Cl. XXIV.* in S. I - VI. primus ordo vocatus „*Plantae*" (Ficus), ♂. a Sp. I.; — *Cl. XXIV.* 6. „*Lithophyta*" adest S. I - G. II.; — „*Appendix*" tandem, a G. I - Sp. II. obvia, in G. II. et V. vocatur *Class. XXV.* — in Fior. Zeyl. habetur Class. XXV. Obscurae, XXVI. Dubiae, XXVII. Barbarae, quae quidem ad Systema L. non adnumerandae.

§. 18. GENERA singula classium eo ordine servamus, quo gaudent in S. XII., mutatis hic illis mutandis e S. XIII. — *Observanda sequentia sunt:*

1) NUMERUS GENERUM Linnaeanos retinere nun potuimus, quoniam hi in Syst. ubique erant e proxime praecedentibus Gen. pl. editionibus perpetuae citationis gratia servati. Sed quum L. in Syst. ordinem varie perturbaverit, jam evenit, ut series numerorum confusissima existeret, ita ut Conspectuum usus *ad genera secundum numeros quaerenda* valde impediretur, nec nisi cum summa lectoris molestia genera numeris suis citari possent. Quare novus numeros dedimus, per totum Codicem *continuos*, et quidem *Romanos*. Voluimus enim in posterum Codicem non per paginas, sed *per numeros* citari.

2) NOMINIBUS GENERUM adscripta est editio illa, vel scriptum Linnaeanum, ubi primu ab autore receptum est nomen. Saepe haec nomina ab aliis sumpsit. Id quod sicubi in S. I., catalogum tantum nominom referente, Indicavit ipse, tunc autoris citati nomen abbreviatum simul citamus, (u. c. „*T., S. I.*") Alioqui non: quia statim sequens textus e Gen. pl. desumptus docere solet, unde ortum sit genus: — *propterea etiam respectu S. ed. II id supervacaneum fuisset, praeter 9 nova genera ibi obvia.* — Si Linnaeanum esse nomen signo indicatur in S. I. (cf. §. 28. obs.), tunc nos „*L., S. I.*" scripsimus. — Qui cupiat annum ipsum, quo primum ortum est genus, (*qualia v. c. b. Sprengelius in Gener. pl. a se editis adjecit*), evolvat citatum opus in Tabula I., *ordinem chronol.* referente.

3) DIAGNOSES GENERUM sive characteres specifici (*referunt characteres essentiales in Praef. G. pl.* §. 17., *Cod. p.* 11., *commemoratos*) — primu dati sunt in S VI., species nondum exhibente. — Paullo auctiores dein in S. X., XII. et XIII. — Nihil in his mutandum, nisi quod ipsos distantibus littoris, discrepantiam vero *typis vulgaribus vel cursivis* exprimi curavimus.

4) DESCRIPTIONES GENERUM, quae jam sequuntur, typis minoribus (ob spatii penuriam) excusae, sive characteres naturales (*quos vocat L. in praef. gen. plant.* §. 18., *Cod. p.* 11.), exhibentur in Generum pl. editionibus originalibus (I. II. V. et VI.) eorumque appendicibus variis, in Corollario genorum, Fl. Zeyl. fine, S. X. fine, Mantiss. I. II., in Amoen. acad. diss. (*de novis generibus, v. c. Dassouiana, Chenoniana et aliis*), postremo in variis aliis libris, ut H. Cliff., Fl. Lapp. etc. Istie undique collatae sunt more supra §. 11. 12. 13. descriptu: librique, unde haustae, *parenthesibus rectis* [....] inclusi in fine citantur, additis *signis*, ubi *e planta sicca* vel *uiua* sumptae descriptiones (*cf. Cod. p.* 11. §. 24.).

5) OBSERVATIONES dein variae sequuntur Linnaeanae, nostrae, alienae: quae textui non immiscendae erant, licet necessariae, ut completus esset Codex.

§. 19. SPECIES singulorum generum sequuntur eo plerumque ordine, quo inveniuntur in S. XIII. atque S. XII. *De his in universum observes haec:*

1) ORDO ipse specierum, si quando in Mant. II. vel S. XIII. plane convertitur (*ut v. c. in Achyrauths et Illecebro*): tum, ne nimium dilaceraretur textus et cumularentur discrepantiae, satius duximus, antiquum servare ordinem, et notulis sub textu positis exponere innovationem istam.

2) SYNONYMISTIONES SPECIERUM, in genera aliquo abundantium, Asteriscis plerumque notatae, quando inde a Sp. I. usque ad S. XIII. eaedem sunt, tum non citavimus ea opera. Sin minus, semper juxta adscripsimus illud opus, in quo vel primum, vel unice, ejusmodi subdivisio instituta est.

3) NUMEROS speciebus omnibus novos et quidem per totum librum continuos dedimus, id quod in posterum summo *emolumento erit ad citandam Codicem.* Namque Linnaeani numeri, in S. X. ad Sp. I., in S. XII. XIII. ad Sp. II. propria relati, per tot ordinis mutationes ac tot novas species *inter priores receptas* tam confusi sunt, ut citari nisi cum detrimento nequeant.

4) NOVO GENERI *aliquam speciem in serioribus editionibus adscriptam esse*, raro tantum in eo, cui exeidit, genere notandum esse judicavimus, quoniam *Index in fine libri* id per se explicabit.

§. 20. NOMINA SPECIERUM talia semper, *qualia Linnaeus ipse scripsit*, atque ubi variant, *melioribus selectis* proponimus. Additur a nobis *litteris cursivis* illud opus, in quo primo datum est nomen triviale (*v. c. „Sp. I."*)

Obs. 1. Leves variationes nominis non notavimus, uti v. c. in voce, „*caespitosus*", ante Sp. II. plurimum sola littera „e" scripto. Sic L. in Sp. II. scripsit „*hederifolia*" etc., contra „*hederaefolia*" in Sp. I. et S. XIII. — Quodsi melior aderat lectio, eam elegimus: sin minus, *Linnaeanam non mutandam esse judicavimus.*

Obs. 2. NOMINA TRIVIALIA exuris suni a Sp. I. (*cf. Aphor. n. 11. Cap. III.*) Neque ex prime aliquo opere, *etiamsi* verba *eadem sint*, derivavimus ea unquam! Perperam fecissemus; etenim arbitraria tunc sunt, nec nomina consulto imposita! Nec quisquam scripserit „*Plantago major Camer.*" „*Rubia tinctorum Bauh.*" Multo vero pejor est morum consuetudo, *qui nomina trivialia Linnaeana retro adhibent*, (liceat enim ita dicere), ad opera ante com. Trivialia (1735—62.) scripta! Et quemadmodum scriptorum, *Species plantarum Willdenowii*, non inspectis *libris Linnaeanis*, exscribentium, levitas peperit „*Costum arabicum H. Cliff.*" „*Cyperum rotundum Fl. Zeyl.*" *etc.* — ita, nisi strenue iteremque moniti, scriptores botanici, mox per singularem methodum autorum Succicorum (Fries, Wahlenb.) seducentur, ut scribant" *Carex leporina Fl. Lapp.*" „*Ornithogalum minimum Fl. S. I.*" *et sic porro*, licet ibi nusquam occurrant ejusmodi nomina trivialia, sed ubique specifica tantum, i. e. diagnoses. Unde mirabilem augeamur in re botanica confusionem evasuram!

§. 21. DIAGNOSES SPECIERUM deinde sequentes omnibus in libris accurate denuo comparavimus, nusquam (ut semper) fisi citationibus Linnaeanis. Sequuntur illas *citata opera*, in quibus eaedem vel parum discrepantes inveniuntur, *cursivis* ubi nos, *rectis litteris* ubi Linn. citavit.

Obs. 1. In citandis diagnosibus scilicet L. initio quidem accuratus erat, donec eas loca nominum specificorum *valere* contenderet: tantum terminos earum interdum tacite mutavit. Sed iudo a *Sp. pl. I.* editis, tum ob *nomina triv.* introducta, tum quod rebus magis quam verbis studeret, valde levis esse in his incopit; saepe totam diagnosin mutavit, adscriptis tamen prioribus citationibus: saepe etiam ipsam illam, *Fl. S. II.* v. c., editionem, in qua primo nova quaedam diagnosis introducta est, ad votatam phrasin citavit, brevitatis causa, quod ibi jam scriptum inveniret „*Fl. S. I.*" citatum in exemplari quod recudi curavit primae editionis. Quae quidem a nobis ad ipsos libros cautissime et probissime correcta sunt. Addidimus praeterea citationem variorum *Systematis* et *Specierum Pl.* editionum, accuratiss. collatarum. Et si tam diagnosis, quam numerus speciei coaveniret in *omnibus edit.*, *inde a Sp. I. usque ad S. XIII.*, tunc brevitatis causa scripsimus: „*Sp. I — S. XII. n.* 10." — Saepe etiam opus unum alterumve ex iis, quae vulgo citat L., omissum est (*casu plerumque et fugaci calamo, perraro vero consilio*) suo loco post diagnosin. Ibi vel in textu id *cursivis litteris* usi citavimus, vel tantum in *notulis subditis* recensuimus.

Obs. 2. Paginas *operum ad systema pertinentium* non citamus, nisi ordo turbatus: in fine libri adjuncturi clavem paginarum *ad omnes has editiones originales.*

Obs. 3. S. XIII. ubi non citatum, plane cum S. XII. convenit. (cf. *Cap. II. n.* 18.)

§. 22. TEXTUS diagnoses sequens, plerumque e Sp. I. et II. depromptus est: interdum etiam ex Mantissis, e S. XII. additamentis binis, vel e textu S. XII. XIII., *si qua nova species illic fusius proposita*, vel ex Am. acad. etc. — In fine hujus textus lineae ultimae dextram partem occupant *parentheses* 2 *rectae*, opera unde totus ille sumptus est citata includentes, v. c. „[*Sp. I. II.*]"

Obs. 1. Textus hic, *synonyma*, *locum natalem atque observationes Linnaeanas* includens, interdum etiam in operibus specialibus, v. c. Am. ac., Floris etc. plane convenit, ita ut eao quoquo in parenthesi illa recta citari potuerint, sumata indo brevitate orta.

Obs. 2. Divisimus hunc textum interdum, *neque* ratione commemorata *commiscuimus*, sed tanquam 2 diversae species essent, *seorsim (alterum post alterum) tradidimus*, (ut in Panico alopecuroide, Sedo rubente, Phlomide italica). Id factum, ubi verebamur, ne 2 diversae plantae intellectae fuerint, vel ubi adeo multiplex ille fuit, ut disjunctione magis perspicuus fieret.

§. 23. SYNONYMA hoc textu solum ea recepimus, quae in operibus ad *Systema naturae* speciatim pertinentibus (§. 5. 1.) leguntur. Si quod syn. additum vel omissum in aliquo ex his, *litteris discrepantibus* notatum est, *addita parenthesi cum libri citatione* (cf. §. 12.).

Obs. 1. Synonyma vocamus in notulis nostris praecipue atica a illa, nec *Linnaeana* (quippe quae L. ipse quavis occasione repetere solebat). Quodsi ergo scribimus „*Fl. Lapp. syn. eadem*", manifestum est, sermonem non esse de illis operibus Linnaeanis vel Pseudolinnaeanis, quae textui insunt, post Floram Lapp. promulgatis, sed de synonymis aliorum, veterum sc., botanicorum.

Obs. 2. *Synonyma Rumphiana* Linnaeus post Sp. I. primo addidit in opere S. X., indeque, nisi emendaverit, pura in Sp. II., recepit. Id quod verbo „(*S. X. sq.*)" expressimus [1]).

Obs. 3. Synonyma *Florae Danicae* (*Oed. dan.*) pauca in S. XII. (in Sp. II. paucissima) addidit Linnaeus. Plura in S. XIII. Murray, ut videtur, adjecit. — Tabulas *Jacquini* (*amer.*), in Sp. II. per pag. citati, plurimas L. in S. XII. adjecit.

---

1) Rumphii opus pretiosum Linnaeus anno 1753. a comite a Tessin inter alia pretiosa dona accepit, ut ipse testatur in *Egenh. Antechn. (vera. germ. p. 55.).* Hinc, fere finito opere Spec. pl. ed. I., tantum in ultimis hujus libri paginis tabulas Rumphianas citare potuit, additisque in calce libri (Tom. II. Append. pag. 1199.) sequentia, *quae, quum meliorem locum in tota nostra editione invenire nequeamus, hic inserimus*: „Opus eximium beati Rumphii cura amplias. D. Burmanni orbi botanico redditum, ad me accessit „primum absoluto a typographo opere, cujus itaque synonyma alibi seorsim tradere animus est." — Huic consilio obtemperavit edita *diss. de herbar. Amboin. Upsal.* 1754 (*Am. acad tom. 4. n. 56*), per se jam satis memorabili, et a nobis quoque collata: sed insuper omnes tabulas aptas citavit in *Syst. nat. ed. X.*, quod proximum erat opus majusculum editum.

Obs. 4. Reliqua Synonyma ex *operibus minoribus* (§. 5. 2, 3.) notis textui subjectis recensemus.

§. 24. LOCI NATALES e dictis operibus hausti (§. 5. 1.) item hunc textum intrant, addito interdum uno aliove ex Am. ac.

Obs. Nequaquam vero *speciales* illos *locos natales* *Florarum Suecicarum etc.* recepimus, quippe qui operibus illis e methodo nostra (§. 14. 3.) ad simpliees catalogos redactis, inserendi forent aliquando edendis Operibus Linnaeanis. Et illic sane etiam loci natales ex *itineribus Linnaeanis* specuatim recensendi forent.

§. 25. DESCRIPTIONES ex libris (§. 5. n. 1.) ad systema pertinentibus hunc textum sequuntur, litteris interdum minoribus excusae, spatii gratia.

Obs. Deecriptiones Operum minorum (§. 5., 2, 3,) quantum fieri potuit omnee recepimus sub texta illo typisque minoribus excudi curavimus: exceptis tamea, quae nimis longae pro codicis volumine atque ob satis cogitam speciem, supervacanene forent, *ut o. c. paucae ex Fl. Lapp. et H. Cliff.* Vix putamus singulos ex omissis e lectoribus desideratum iri, atque ut hae quoque a cupidis evolvi et in codicis exemplar transecribi possint, ipsos quoque citavimus verbo „*cf.*" addito. — Sed descriptiones et observationes ex operibus systematicis (§. 5. 1.) omnes in codice iavenies.

§. 26. NOTULAE, typis minoribus excusae, quae jam sequuntur textum commemoratum (§. 22.—25.), ad reliqua opera conferenda et criticam cujuscunque speciei absolvendam inserviunt.

Obs. 1. Synonyma minorum operum (§. 5. 2, 3.) ubi fere eadem sunt, brevissima methodo reddimue, ubi plane eadem, verbis „*syn. eadem*" indicamus, *intelligentes quidem synonyma autorum botanicorum veterum (cf. §. 23. obs. 1.).*

Obs. 2. Locos natales ex his minoribus operibus comparamus saepissime in his notulis, ei non manifesto supervacaneum (§. 24. obs.) id visum fuerit.

Obs. 3. Deecriptionee et Animadversiones ed botanicen *dingnosticam* pertinentes, quantum fieri potest cuactae Linnaeanas recepimus (cf. §. 25. obs. et §. 14.) e libris istis specialibus (§. 5. 2. 3.).

Obs. 4. Tandem etiam ex libris receotiorlbne *autoritate genuina ad explicandos locos Linnaeanos dubios pollentibus* (v. c. Suecicis et Anglicis) locos excerpsimus vel sententias aotorum breviter addidimus. — Neetram vero opinionem brevissime et ephoristice tantum adjecimus, nequaquem ea freti, et potias ad excitandas V. D. disquisitiones. Forsan alio tempore et loco, praecipue in Ephemeridibus botanicis, dubia quaedam Linnaeana illustrare in animo nobis est.

§. 27. HISTORICE tractari singulam quamque speciem, *ita ut singula opera strenuo ordine chronologico citarentur, et in textu ipso, et in notulis:* primo intuitu optimum nobis videbatur. Lectori certe commodissimum fuisset. Sed spatio quam maxime consulendum erat! Quare plerumque ea opera, *quae simillima*, statim post textum ipsum (§. 22.): reliqua, *quae magis discreparent*, serius recensuimus. Quod ne quis codice usurus inique ferat, Conspectum operum chronologicum (tab. I.) addidimus. Quem si diligenter consulas L. B. (id quod jam vitare non poteris!) summo emolumento cujuscunque speciei bistoriolam tibimet ipse construes.

Obs. Ita evenit v. c., ut saepissime scripserimus „*Sp. I. II.*" „*S. X. XII.*" licet inter Sp. I. et II. temporis ratione habita Fl. S. II. et S. X. interiit, *et sic porro.* Sed his mox adscnescet L. B!

§. 28. SIGNA et ABBREVIATIONES recepimus ea, quae inter botanicos vulgaria nunc sunt: et nostra explicavimus illa *Tab. II.*, has *tab. I. et II.*

Obs. Ipse L. signie varium in modum utebatur in diversis operibue. Ita in S. I. signum † *Genue novum Linnaeanum* denotat (id quod oos, praeeunte S. II., littera „L." expressimus ubicunque in S. I. inveaeremus), — contra * *incertum ab auteribus receptum* (quod noe verbis). — In Gen. pl. * sign. *plantam oivum*, et † (quod nos in ※ mutavimus) *siccam examinatam.* — In Fl. Lapp. eadem * et † ad specierum diagnoses adduntur; *ubi quid indicent, incertum est, teste Smith in Fl. Lapp. ed. II. praefat. Nonne vero rursus siccam et vivam plantam* denotare putes? Praeterea asterisci * ad subdivisiones classium generumve saepe adhibentur. — Signum † in Sp. I — S. XIII. indicat *plantam dubiam*, s. *incognitam*, quod nos retinuimus; idem † in Conspectubus ad classes singulas (ex Syst. X—XIII.) denotat *anomalas plantas ex aliis classibus.* — Signum * in Spec. pl. adhibitum, teste praefatione significat *descriptionem* in aliquo citato opero dari (quod noe verbo „*(desc.)*" reddidimus. Hoc signo nonnulli, qui leviter inspexerant *Species Plantarum*, decepti sunt, ut crederent opus praecipuam et prae ceteris fidem eo indicari, id quod aunquam in mentem venit Linnaeo.

Obs. 2. Abbreviationee Linnaei, ut par eet, nostris commutavimus. Ita v. c. Generum pl. edit. I. in Musa Cliff. citatur „*Characteres*", in Fl. Lapp. „*C. G.*" Rursus in S. X. „*Gen. pl.*" eignificat editionem Vtam, in S. XII. editionem Vttem. Noe ergo scripsimue „*G. I.*" „*G. V.*" etc. — Porro in Spec. i. „*Fl. Suec. 55*" denotat „Fl. Suecicae edit. I. n. 55", et in Sp. II. scribitur „*Fl. Suec. 55., 61.*", quod oos „*Fl. S. I. n. 55., II. n. 61.*"

Obs. 3. Qase nunc vulgaria sunt signa et abbreviatioaes inter botanicos, nullibi explicavimus, quia hoc supervacaneum fuisset.

§. 29. CITATIONES Linnaei (cf. §. 21. obs. 1. 2.) parumper emendavimus: primum, quod ubique adscripsimus an *pag.*, an *no.* citentur, quod ille vix usquam ad libros proprios; — dein quod, *denuo collatas ex ipsis operibus*, correximus ubi falsae; — 3. quod *numeris romanis* utimur ad designandam *Cent. I. II.*, *Mantissam I. II.* et ad *Editiones varias.* (cf. v. §. 28. obs. 2.)

§. 30. VITIIS TYPOGRAPHICIS opera Linnaeana refertissima sunt: prae ceteris Hortus Cliff., et Species quoque Plantarum. Tacite correximus quae absque ullo dubio talia erant: caute igitur in hac re versati sumus.

Obs. 1. Jam Smithius in Fl. Lapp. ed. II. ea ratione plura vitia typogr. et Citata operum diversorum correxit: cujus emendationes nos quoque recepimus.

Obs. 2. In libris a nobis adhibitis, ut par est, primo inspeximus „*Emendanda*" in fine libri et exindo textum correximus. Sed praestat, id quoque commemorari.

Obs. 3. Inter haec vitia typothetae unum singulare est, quod plura genera in S. XII. falsos habeant numeros, neque conspectui classis, nec Gen. VI. congruentes. Id quod jam Murray in ed. XIII. correxit.

Obs. 4. „Fuere quidam viri docti tam iniqui, ut errores typographicos adeo Linnaeo imputarent idcircoque illum infestarent." *Ita Schreberus in versione germanica It. Pestrog. p.* 257.

Obs. 5. Nequaquam omnia in textu a nobis correcta esse, non negabimus. Nam quum Linnaeanis omnibus et alienis nonnullis operibus, quae citata erant, evolutis, tam multa ejusmodi vitia invenerimus: in reliquis plura superesse non dubitamus. Quae tempus ususque docebit.

§. 31. TERMINOS *sensim a L. emendatos* omnes indicare quovis loco, superfluum judicavimus. Ipse Linnaeus eos, dum libros priores citat, plerumque sinul commutat in *recentiores melioresque* suos. Saepissime tamen, ne nos vituperaret tiro librum Linnaeanum cum codice comparans, vocem „*t. e.*" (§. 12. 1.) adscripsimus ejusmodi Citato.

Obs. Historiam terminologiae Linnaeanae scripturo, suademus, ut ipsa opera originalia adeat. Sed ut lectores cognoscant eas voces, quas plerumque Linnaeus cum suis recentioribus commutat et quas nos non pro textus discrepantia vera in codice recipiendas habemos, breviter eas addamus: —

Ante Virid. Cliff. L. scripsit pro ruocinatus: *pinnato-hastatus* et *pinnato-sinuatus*, — pro caulis herbaceus, fruticosus, arboreus: *caulis annuus*, *perennis*, — pro axillaris, lateralis: *in alis*, *ex alis*, — pro baeca, caps. etc.: *fructus*, — pro faux: *collum*, — pro foliosus: *foliolosus*, — pro undulatus: *plicatus*, — pro glaber: *nudus*, — pro aculeo: *spina*, — pro floriferus: *petiolus florens.* — Porro pro integerrimus: *margine integer*, *margine integerrimus*, — pro quadrijugus (5, 6, 7-jug.): *folium* 4, 5, 6 *etc. parium*, — pro conjugatus: *binatus*, — pro erectus: *rectus*, — pro deciduum fol.: *annuum fol.* — pro obcordatus etc. (S. X. sq., *cf. Cod. pag.* 6. *not.* 1.): *verticaliter cordatus* Fl. Lapp., *obverse cordatus* H. Cliff. usque ad Sp. t., — pro sub-(v. c. subavatus): *fere* (usque ad Fl. S. I.), — pro terminalis: *terminatrix* (usque ad Hort. Ups.), — pro superus, inferus (G. V. VI., S. X., cf. Codic. pag. 6. not. 1.): *germini*, *receptaculo insidens*, vel etiam *supra rec.*, *supra germen*, *infra germen* etc.

§. 32. INDICES tres in fine Codicis exhibemus:

1) Enumerationem autorum a Linnaeo adhibitorum et ex parte quoque citatorum (cf. §. 16. obs. 1.).

2) Clavem paginarum in editiones textum proprie efficientes, Syst. nat. VI. X. XII. XIII., Sp. I. II., Gen. I. II. V. et VI. Cujus ope vitavimus ne usquequaque in codice paginae citandae essent.

3) Indicem alphabeticum confertissimum et locupletissimum *Generum*, *Specierum* et *Synonymorum* omnium, quo quidem viam Lectoribus ad Codicem sternere voluimus quam maxime expeditam.

CAPUT II.

LIBRI ADHIBITI.

LIBRI ADHIBITI ad Codicem digerendum Linnaeani duplici ratione recenseri possunt: nempe vel secundum *ordinem chronologicum* in periodos tres (*ante nomina trivialia*, *post eadem*, *et post culmen Linnaei*) dividi possunt, *quod fit in Tabula I. infra exhibenda:* — vel secundum *valorem* suum in edendo codice discernuntur in eos, I. quos totos, II. quos magna ex parte, III. quos cum selectu adhibitos continet Codex. — accedunt IV. aliena quaedam variorum Autorum opera ad explicandam Linnaei sententiam opportuna.

Obs. TITULOS INTEGROS *horum operum reddere hic supersedemus, edituri aliquando, favente Deo, bibliographiam Linnaeanam completam, i. e. conspectum et chronologicum et systematicum, titulos integros omnium scriptorum Linnaei summa fide exhibentem, picniorem, quam qui extant, et necessariis animadversionibus auctum.*

I. Toti,

atque si dicere licet sine verbi jactura, codice reddentur sequentes libri. (Observandum tamen quod paucissima quaedam sana ratione docente omisimus ex his quoque, ut v. c. quando genus singulum antea ex icone cujusdam scriptoris, citati a L., descriptum erat, ut Costus, Cod. p. 16., serius autem ex vivo vel sicco melius, at ita, ut nihilum spatium perditum esset, si nos vulgari nostra methodo utriusque descriptionis discrepantiam notassemus vel totam illam rudiorem et saepe plane maneam (at in Salicornia al.) reddidissemus. Sed hoc rarius tantum occurrit. Praeterea errores typogr. tacite praeterimus, ubi dubii non esse possunt. Quae praeterea in Codice omissa sunt ex libris jam enumerandis, videas §. 16. praef. nostrae.).

1. SYSTEMA NATURAE *etc.* (*Edit. I.*) LUGD. BATAV. APUD TH. HAAK. 1735. FOL. MAX. — *Pertinet huc respecta Vegetabilium p.* 5—8. — Pag. 5. „Clavis systematis sexualis." *Clavis illa est, quae Cod. p.* 7. *recusa, sed cum* clavi classium *(Cod. p.* 8.) *in unum quasi corpus conlita, ea ratione ut explicationes hujus clavis ad singulas illius classes statim adscriptae sint, id quod fieri potuit ob formam chartae maximam:* — *Ordines vero hujus clavis (Cod. p.* 8. *fin.) paullo brevius in calce paginae explicantur.*

Pag. 8. „Animadversiones in regnum vegetabile" *vide Cod. p.* 1—2.

Pag. 6—7. „Regnum vegetabile" *et quidem p.* 6. ab Monandria ad Icosandriam, *pag.* 7. ab Polyandria ad Cryptogamiam. — *Utraque in* 8 *Columnas, quas vocant, divisa: e quibus Col. I.* A. Monandriam, B. Diandriam *continet: inter utramque vero Autorum litteris tantum in textu allegatorum nomina, et signorum explicationem, brevissimam quidem.* — *Col. II. continet* B. Triandriam, C. Tetrandriam, — *Col. III. IV.* E. Pentandr., — *Col. V.* F. Hexandr., — *Col. VI.* G. Heptandr., H. Octandr., I. Enneandr., — *Col. VII.* Decandr., — *Col. VIII.* Cl. 11. 12. (L., M.), — *Col. IX.* N. Cl. 13., — *Col. X.* O. Cl. 14., — *Col. XI.* P. Cl 15., — *Col. XII.* Q., R., S., Cl. 16., 17. et 18. — *Col. XIII.* T. Class. 19., — *Col. XIV.* U. Cl. 20., — *Col. XV.* V., X., Cl. 21. 22., — *Col. XVI.* Y., Z. Cl. 23. et Cl. 24., *sub qua Lithophyta subsumpta.*

Systematis hanc primam editionem *(ceterum rara, idcircoque denuo recusa recentius, cur. A. Fée, Paris. apud Levrault.* 1830. 8.) curiosa quidem est et forsan ab Operum omnium editore denuo eadem forma exeudenda; sed in botanicorum usum nihil nisi simplicem nominum genericorum enumerationem systematicam exhibet. Genera numero 767 enumerantur, e quibus tamen serius omissa sunt 98 et 10 Lithophyta removenda sunt: 15 alia in G. I. dein omissa, serius restituit autor ipse: 55 genera serius alia nomina, quibus nunc quoque gaudent, ab autore acceperunt, non computatis praeterea levioribus quibusdam nomenclaturae mutationibus. Ex ipsis serius servatis 668 generibus 102 postea *alium in systemate locum* (classem utplurimum vel ordinem diversum) *obtinerent necesse erat.* — Autor generis permultis additus est (exceptae videntur vulgares plantae): *quod ubi locum habuit, nos etiam ante verbum „S. I." illum autorem adscripsimus (cf. Boerhaviam, Salviam al. in Codice).* — Genera 66 signo † apposito ut „nova", *Linnaeana nempe*, exhibentur *(sed re vera plura nova sunt)*: his ante verbum „*S. I.*" litteram „*L.*" adscripsimus, ut monitum est supra §. 23. obs. — *Synonyma* autorum illo tempore praestantiorum plerisque generibus adjecta, quae ubique in codice invenies. — Quidam ordines *subdivisi* sunt, id quod in codice ad „*Conspectas generum*" *ante singulas classes datos*, collatum et notatum. — *Ibidem* collatae sunt *plantae anomalae*, parcius quidem indicatae in hac editione 1ma.

[*Obs. Accurate collatum a nobis est hoc Systema quoad nomina, synonyma, classes, ordines, et modo ad singula genera, modo ad classium conspectus, quae notanda essent, notata sunt, ut re vera, qui codice uteretur, hoc quoque rarissima uteretur editione.*]

2. GENERA PLANTARUM EORUMQUE CHARACTERES NATURALES *etc.* (*Edit. I.*) LUGD. BAT. AP. C. WISHOF. 1737. 8.

Inest: Pag. (a.) Titulus, b. vacat. — *Pag. (I—II.)* „Dedicatio" *ad Boerhavium, vide Cod. p. 9. notula 2.)* — *Pag. (III—XIII.)* „Ratio operis" *(Cod. p. 9—12.)* — *Pag. (XIII—IV.)* „Authores." *Hos in fine codicis damus, cf. §. 16. obs. 1. et 32. 1. pruef. nostrae.* — *Pag. (XV—VI.)* „Clavis classium" *(Cod. p. 7. — cum expl. ordinum brevi).* — *Pag. XIV. et XVII. Vac.* — Pag. 1—328. Genera secundum classes et ordines describuntur Numero 815., *ubique in codice collata.* — *Pag.* 329. „Lithophyta" (n. 816—23. Isis, Spongia, Millepora, Tubipora, Madrepora, Cellepora, Retepora, Sertularia) sub Cryptogamia recensentur, ut in libris serioribus usque ad G. II. — *Pag.* 330—52. „Appendix," *singula singulis classibus genera* (n. 824—83.) *adjiciens.* — Pag. 353. „Additamenta" *gen. nova n.* 884—5. *adjiciunt:* Lagurum *et* Uaiolam. — *Pag.* 354—5. „Palmae" (n. 886—91.) — *Pag.* 356—78. „Fragmenta," *genera incertae sedis* n. 892—935. *ex auctoribus sumpta describunt, praefatione brevi addita* [1]) — *et quidem* p. 357—60. „Tournefortiana" (Salicoruia, Theligonum, Aphyllanthes, Globularia, Platanus, Schinus, Sapindus, Trapa, Micropus, Begonia) — *p.* 361—75. „Plumbaiana" (Ximenia, Spigelia, Chrysophyllum, Fevillea, Thalia, Oldenlandia, Hippocratea, Caesalpiaa, Maregravia, Morisona, Rheedea, Oehna, Achras, Chrysobalanus, Spondias, Brossaea, Hymenaea, Cornutia, Duranta, Columnea, Plukenetia, Cissampelos, Hippomane, Hernandia, Dalechampia, Bucephalon) — *p.* 376. „Dillaniana" (Holosteum) — *p.* 376-7. „Houstoniana" (Conocarpus, Randia, Bannisteria, Mitreola) — *p.* 377—8. „Miscellanea" (Hura, Ouragoga, Thuya). — *Pag.* 379—84. „Monenda seu Observationes circa Genera data pro uberiori explicatione" *corollaria plura et synonyma generibus singulis addit. (Haec postea in G. II. ad singula genera distributa sunt.)* — *Sequitur pag.* (385—404.) Index *et* Emendanda.

Nova genera post S. I. iatroducta nimis multa sunt (249.) quam quae hic enumerentur; *evolventur facili opera in codice.* Pauca ex iis jam in Musa Cliffortiana et Flora Lapponica proposuit.

Omissa *e S. I. sunt sequentia:* Polypremum, Sarcocolla, Cuminum, Paronychia, Poinciaaa, Atragene, Baccharis, Filago, Schoenanthum, Ischaemum, Aegilops, Panax, Hemionitis, Trichomaaes, Nostoe *(quae quidem* 15 *genera serius iisd. aliisve sub nominibus restituta sunt): porro vero:* Polyporoa, Tithona, Apollinaris, Zizyphus, Myrrhis, Armeria, Ananas, Prasum, Susiano, Cianamomum, Camphora, Sassafras, Benzoa, Opuatia, Cereus, Michelia *S. I. non G. I.*, Trissago, Pollum, Stoechas, Ladanum, Cardiaca, Moldavica, Ruyschia, Fistularia, Nasturtium, Coroaopus, Sophia, Irio, Conringia, Rapa, Cakile, Nissolia, Clymenum, Faba, Laburnum, Onobrychis, Glycia, Sertula, Coreba, Lasianthus, Pilosella, Zaziatha, Ahrotaanm, Petasites, Jacobaea, Leucanthemum, Amellus, Crupiaa, Cyanus, Jocea, Dimorphotheca, Stisseria, Hydrophaee, Larix, Luffa, Aaguria, Pepo, Colocynthis, Melo, Cedrus, Sorgum, Halimus, Merulius (*et* 2 *Lithoph.* Eschara et Corallium), *quae quidem* 66 *gen. aliis utplurimum generibus Linnaeanis subsunt. (Vide Indicem.)*

Nomina *S. I. praeterea mutata sunt haud pauca, e quibus maxime memorabilia:* Echolium, Catisbea, Caprifolium, Atropaea, Lithocardium, Patagonica, Xeraea, Thysselinum, Levisticum, Foeniculum, Toxicodendrum, Lirium, Castanea *(Aesculus)*, Tropbaeum, Seriana, Potamopitys, Azederach, Euphorbium, Driadaea, Bulga, Molucca, Camara, Cheri, Ibiscus, Corallodeadrum, Ternatea, Lens, Ornithopodium, Telis, Medica, Taraxacum, Elychrysum, Anaathocyelus, Centaurium, Sphaerocephalus, Dortmanaa, Bermudiana, Thalysia *(Zea)*, Sphaerium *(Coix)*, Diasparus, Ostrya, Oxydectes, Anguina, Lentiscus, Tamnus, Papaya, Hydaa, Conyplea, Acetabulum *(i. e. Sertularia Lithoph.).* *Praeterea* Genipa *male in* Thevetiam *et* Theveaotiam *mutatur.* — *Haec vetustiora syn. Linnaeana, certissime non restituenda, in Indice nostro commode evolvas.*

Mutato loco *(ex Syst.) posita sunt:* Bignonia, Lippia, Lantana, Vitex, Poterium, Mimosa, Cassine, Herniaria, Tinus, Phillyrea, Viola, Impatiens, Cotyledon, Cordia, Riviaa, Cliffortia, Citrus, Ribes, Tetragonia, Hypericum, Verbena, Isatis, Cramhe, Bunias, Kleinia, Tanacetum, Asclepias, Periploca, Stapelia, Acorus, Jatropha, Croton, Sparganium, Typha, Xanthium, Tamus, Urtica, Morus, Laurus, Carica, Marsilea, Jungermannia, Marchantia, Lichen.

Ad Incertas in append. relegata sunt: Banisteria, Caesalpinia, Fevillea, Phoenix.

3. COROLLARIUM GENERUM PLANTARUM *etc.* ACCEDIT METHODUS SEXUALIS. LUGD. BAT. APUD C. WISHOF. 1737. 8.

Inest: Pag. (a) Titulus — Pag. (c.) Dedicatio: „Viro illustri D. D. Nicolao Rosen, potentiss. regis Sueciae archiatro, in acad. Upsalensi Medicinae professori, collegii R. medici Holmensis assessori, soc. reg. lit. scient. Sueciae etc. etc. socio — Genera haec nova devota mente consecrat — C. Linnaeus." — *Pag (b. d.) vacant.* — *Pag. (e. f.) Praefatio. (vide Cod. p. 12.)*

---

1) „Absolutis istis Generibus omnibus, quae vel nostrum oculare subiere examen nostroque cultello anatomico subjecta fuere, vel a Botanicis tam perfecte descripta aut depicta sunt, et pauca addenda restent: tandem Corollarii loco nonnulla Fragmenta Generica sistimus, eorum scilicet, quae a magnis quidem Viris *instructa (instituta G. I.)* fuere, tamen adeo imperfecte adumbrata, ut vix certi aliquid de iis determinare licest.

Tres praesertim ob causas Fragmenta haec addimus: *α.* Ne Tyro quis haec Genera, a nobis non descripta, nova quasi proclamaret, — *β.* Ut si cuidam Botanico ejusmodi Generis fructificatio sese offerret, mox quid deficeret, observaret, idemque attentiori animo describeret, et cum Publico communicaret, — *γ.* Ut tandem Genera descripta, inque hunc diem nobis nota, in unico libello haberet curiosus Lector. — Dividimus itaque Fragmenta haecce secundum Authores, a quibus constituta fuere Genera." [*G. I.* p. 336. *II.* p. 812.]

Pag. 1—20. *Genera* 56 (a. 936—992.) *nova*: *Ziziphora*, Melothria, Ixia, Hirtella, Schoenus, Pennea *(restit. pro Sarcoc.)*, Blaeria, Ludwigia, Cestrum, Chironia, Roëlla, Hiecebrum, Boses, Sison, Pharnaceum, Bulbocodium, Prinos, Rhexia, Poinciana *(restitut.)*, Adenanthera, Hydrangea, Penthorum, Gethyllis, Bixa, Lirioden-drum, Satureja, Horminum, Trichostema, Halleria, Bartsia, Sesamum, Erinus, Diodia, Obularia, Vella, Borbonia Phaca, Glycyrrhiza, Tarchonanthus, Stoebe, Corymbium, Porophyllum, Baccharis *(restit.)*, Tridax, Gerbera, Sil-phium, Chrysogonum, Melampodium, Sphaeranthus, Dracontium, Acalypha, Zanonia, Aegilops *(restit.)*, Cenchrus, Hemionitis *(restit.)*, Trichomanes *(restit.)*, Lithoxylum *(ad Lithoph.)* — *Pag.* 21. „Fragm. Miscellan." (993. Samyda, 994. Arctopus.) — *Pag.* 22—24. „Observanda circa Gen. Plant." *(Characteres perfectiores* Melianthi, Cliffortiae, Micropodis, Celtis, Bliti, Clutiae.) — *Pag.* 24. *fin. Breves dat annotat. ad* Diervillam, Guajacum, Amaranthumque: *meliorem in systemate locum indicat:* Guajaco, Portulacae, Arctoti, Othonnae, Hei-steriae, Polygalae, Meliantho, Celti, Blito: *et ex Fragmentis supra dictis*: Globulariae, Cornutiae, Bannistе-riae, Mitreolae, Aphyllanthi, Micropodi, Chrysophyllo, Favilleae. — *Pag.* 25. „Index generum." — [*Obs. Totus libellus hic Codici inest.*]

4. METHODUS SEXUALIS *etc.* (*cum praecedente, q. cf.*) *Nomina tantum generica in classes et ordines disposita continet, raro adscripto autore, nempe Roy., Gron., Dill.: — semel addito syn.* (Thevetiae, *ad* Gunipam, *quam restituit*). — Hic illic subdivisae classes; nonnullae Anomalae, asterisco notatae, ad ordinum fines nuncupatae sunt *(utraque cautulimus ante singulas classes)*. — Nova genera non insunt, nisi *Pilularia* pro Calamistro G. I., *Hydnum* pro Hydna. — Series generum hic illic mutata, maxime in Class. V. Ord. 1., VI. 1., XIII. 1., XIV. 2., XVII. 3., XIX. 1. 2. — Novum, saepe meliorem, in systemate locum *(praeter ea quae in Corollario. v. supra)* habent: Anthoxanthum, Cephalanthus, Phyllis, Swertia, Ruellia, Persicaria, Vinca, Nerium, Plumeria, Tabernaemontana, Ceropegia, Herniaria, Persea, Malpighia, Breynia, Fran-kenia (*Cl. V.*), Tetragonia *(ut in S. I.)*, Philadelphus *(Cl. XIII. 4.)*, Anona, Muntingia, Bocconia, Capraria, Kleinia, Pisonia, Diospyros, Partheninm, Clutia, Morus *(Cl. XXIII.)*, Aruncus, Chamaerops (*Cl. XXIII. 2.*) — *et e Fragmentis (praeter ea quae supra)*, Salicornia, Platanus, Sapindus, Thuja. — *Ad Incertas* (*Fragm. Plum.*) *relegata sunt, antea certos ordines occupantia:* Fuchsia, Crateva, Samyda. —

Conspectus totius hic: Pag. (1.) Titulus. — Pag. (3.) Praefatio *(vid. Cod. p. 12.)*. — *Pag. 2 et 4 vacant*, Pag. 5—23. Genera enumerata. Cryptogamiae addita sunt Lithophyta. *Dein sequuntur* „Vaga" *cum obs.:* „Continet haec classis fragmenta seu genera non perfecte nota, ut, ad quae admandari debeant classes recensenda genera, nondum innotuerit." *Sunt haec (ut in G. I., sed n. o.)*: „1. Palmae, 2. Tournefortiana, 3. Plumeriana, 4. Dilleniana, 5. Houstoniana", „6. Nostra" *(Hura, Uragoga, Arctopus)*.

[*Obs. Hac ratione exhaustum hunc quoque libellum, vel catalogum potius, L. B., vix unquam desiderabis, Codice usus.*]

5. *Ex libro* CLASSES PLANTARUM *etc.* LUGD. BAT. AP. C. WISHOF. 1738., *comparandum erat*: „Caroli Linnaei systema a sexu, Staminibus et Pistillis", p. 445—483. — *Eandem fere enumerationem nomi-num genericorum sistit, quam Methodus sexualis, unde mutatis mutandis recusum esse conjicimus. Omissa tamen sunt*: 1. *Plantae anomalae*, 2. *Subdivisiones ordinum*, 3. „*Vagae*" *omnes*. — 4. *Errores*: Cancalis, Thea, Lavatera *(citantur indice)*. — 5. *Consulto? quia incertae sedis*: Caesalpinia, Matthiola, Aphaca, Uragoga. — 6. *Syn. The-vetiae (v. praec.)*. — *Ceteroquin raro, et tantum ubi in Meth. sex., adscriptus autor.* — *Nova genera insunt*: Panax *(restit.)*, Leucadendros et Staehelina. — *Locum alium occupant:* Frankenia *(Cl. X.)*, Telephium, Asphо-delus, Monotropa, Mentzelia (*bis ex errore*), Bixa, Erythrina, Ulex, Gerberia *(Cl. XIX. 1.)*. — *Ceterum idem ordo, eademque scribendi ratio (v. c. „Jussievia" et sim.)* — *Praecedit p. 444. „Clavis methodi sexualis", vide Cod. p. 7. obs. 1.* — [*Obs. Quicunque aliquando Classes Plantarum edet, hujus loco dabit Systema ultimum Lin-naei, notatis omnibus mutationibus, additamentis etc. Certe sic utilis evaderet haec clavis, alioquin obsoleta.*]

6. SYSTEMA NATURAE *etc.* EDITIO SECUNDA AUCTA. HOLMIAE APUD G. KIESEWETTER. 1740. 8. *(Quaad vegetabilia.)*

Pertinet huc: *Pag.* 12—32. „Regnum vegetabile secundum systema sexuale" [Pag. 13. „Clavis syst. sexualis" *(vide Cod. p. 7.)*; pag. 14—16. „Classium characteres", *vide Cod. p. 8.*] — *et pag.* 71—74.: „Observationes in Regnum vegetabile." *(Cod. p. 1—2.)*

Pag. 16—32. Generum nomina secundum classes et ordines enumerantur ut in S. I. — Sed Autores omnibus adscripti sunt ex G. I. etc., et longe multis additum „L." — Selecta autorum synonyma hic illic addita: *(com-peruimus, an a G. I. differant, et tunc quidem notavimus.)* — Plantae anomalae Asteriscis notatae indicantur ad Ordines *(caedem ut in Meth. sex., vix una vel altera add. aut c. c.)* at hic illic ordines *(plane ut in Meth. sex.)* subdivisi sunt.

Genera nova insunt: Echinophora *(recto loco)*, Loranthus, Gnidia, Lachara, Moehringia, Aspalathus, Pso-ralia, Limodorum. — *Restituta sunt (contra Class. pl.)*: Matthiola, Caucalis, Thea, Lavatera.

Omissa: 1. *errore?* Euphorbia, Buchnera, — 2. *aliis generibus conjuncta*: Petilium, Bulbiae, Persea, Aci-nodendrum, Pereskia, Anacampseros, Pilularia, — 3. *quod incerta?* Cordia, Ceratonia, Morisonia, — 4. *reliqua* „Vaga" *ex Meth. sex., nisi quae hoc primum in systemate ipso recipiuntur* (Oldenlandia, Trapa, Spigelia, Spon-dias, Marcgravia, Chrysobalanus, Columnea, Theligonum, Dalechampia).

Nonnm loenm in systemate obtinent: Piper, Chionanthus, Brunsfelsia, Lathraea, Ovieda, Anthericum, Royena, Coriaria *(Cl. X. 4. pro XVII.)*, Cnicus *(Cl. XIX. 3. pro I.)*, Morus *(denno ad Cl. 23.)*, Anthospermum. — Mentzelia in Cl. V. omissa, perstat in Cl. XIII., Lathraea primum juxta Squamariam et Phelypaeum. — Lapsana pro Lampsana. — *Praeterea vero plane convenit cum Class. pl., vix ter quaterve unius alteriusve generis loco mutato.*

[*Obs. Libri modo tractati, n. 4—6., quum solu genernm nomina contineant, eaque si jam in praecedentibus libris 1—3. occurrant, hie quoque necessario adsint, nisi contrarium a nobis notetur; — propterea superfluum fuisset eos libros citara in codice; neque citantur argo a nobis nisi quid memorandum v. c. de generis loco mutato, de genere novo, omissove, vel syn. addito, vel similibus. Sed collata a nobis sunt bis terque.*]

7. GENERA PLANTARUM *etc.* EDITIO SECUNDA AUCTA ET EMENDATA. LUGD. BAT. AP. C. ET G. J. WISHOF. 1742. — *(Cf. huc, quae supro ad Gen. I. diximus.)*

Inest: A tergo tituli Epigramma *(vid. Cod. p. 9. init.)* — Sequitur pag. *(a. b.* c.) privilegium a republica belgica datum *(id omisimus)*. — Pag. *(c.)*: Dedicatio ad comitem Tessin. *(cf. Cod. p. 9. obs. 2.)*. —

Pag. I—XIV. „Ratio operis." *(Cod. p. 9—12.)* — Pag. XVII—XIX. „Authores" *(dabimus eos in fine Codicis.)* — *Pag.* 20. *vacat.* — Pag. 21—39. „Ordo Generum." *(Simplex enumeratio, a nobis omissa: cf. supra* §. 16. 2. *praef. nostrae.)* — Pag. 40—42. „Quaarenda." *(Cod. p. 12.)* —

Pag. I. sinistr. „Clavis classium" *(vide Cod. p. 7.)*: additur huic tabula aeri incisa, classes singulas rudiora depictas exhibens, certissimo omittenda! [*Tantum si quando Operibus Linnaeanis editis* Atlas *tabularum originalium adderetur, posset illa cum reliquis in S. VI. datis imperfectis adumbrationibus — ibi se. illa denno datur — curiositatis gratia simul exhiberi.*] Inscripta est „Caroli Linnaei classes s. literae."

Pag. 1. dextr. usque ad p. 511. classes singulae recensentur (genera 984. continentes): addito quoque Cl. XXIV. ordine 6. Lithophyta *(omissa Retepora)* exhibente. — Pag. 512. „Cl. XXV. Appendix." *(Est = Fragmenta G. I., q. cf.)* — P. 513—5. „1. Palmae." (n. 985—9.) — P. 515—6. „2. Fragmenta Tournefortii." (n. 991—2.) — P. 516—23. „3. Fragm. Plumieri." (n. 993—1012.) — P. 523. „4. Fr. Commelini. (1013. Hura)" — „5. Fr. Houstoni." (1014. Randia) — P. 524. „6. Fr. Grouovii." (1015. Melanthium) — P. 524—5. „Fr. varia." (1016—8. Myristica, Echinophora, Ischaemum.) — P. 526—7. „Addenda" *(Pauca de Salicornia et Dyospyro, et Gen. noca* 1019—21.) — *Sequuntur* „Errata" *pauca, et* Iudex pag. (XXII.)

Genera nova (maxime Royeniana) insunt: Dianthera, Polycnemum, Eriocaulon, Dactylis, Hamamelis, Itea, Cuminum *(restitut.)*, Barreria, Struthia *(pro Gnidia)*; Lachnaea *(pro Lachara)*, Santalum, Tolnifera, Neurada *(Cl. X. 1.)*, Cherleria, Sauvagea, Isopyrum *(Cl. XIII. 2.)*, Cymbaria, Achyronia *(pro Aspalatho)*, Securidaca, Zizania, Liquidambar, Gleditsia, Myristica, Ischaemum *(restitut.)*, Blasia; — *et:* Gmelina, Siphonanthus, Cinchona *in Addendis.* — *Restitutu praeterea* Anacampseros, Buchnera *et (sub Cl. XVII.)* Ceratonia.

Omissa e Gen. I. et sequentibus: Porophyllum, Mnium, *et ea quae jam in Class. pl. et S. II.* — *Inter Fragmenta relegato sunt, antea certos classes occupantes in G. I.:* Cordia, Guilandina, Matthiola, Fuchsia: *reliqua eadem sunt quae in Fragm. G. I., exceptis quae interea locos in systemate nactu sunt (e. supra n.* 3—6.).

Nonnm loenm occupant (praeter notntas ad S. II.) Sagina, Ribes, Morus *(Cl. XXI.)*, Viscum, Chamaerops. — *Ceteroquin ad amussim servatus ordo ex S. II.*

8. SYSTEMA NATURAE *etc.* EDITIO SEXTA, EMENDATA ET AUCTA. STOCKH. IMP. G. KIESEWETTER. 1748. (Ut n. 1. et 6. solo respectu vegetabilium.)

Pertinet huc: „Vegetabilia Regnum." p. 77—144. — *et:* „Observationes in Regnum Vegetabile." *p.* 215—8. *(Ida Cod. p. 2.)* — *Praeterea:* Tabula VII., *eadem quae in G. II., denuo aeri incisa, cum pagina numeros ejus per classium ordinumque adumbrotorum nomina explicante, in fine libri.*

Pag. 77. „Classes 24." *(Sola nomina classium latina et suecica.)* — *Pag.* 78. „Clavis Systematis Sexualis" *(Cod. p. 7.)* — *Pag.* 79—81. „Classium characteres" *(Cod. p. 8.)*. —

Pag. 82—144. Singula classium genera recensentur, numeris iisdem, ut in G. II. — Additi nunc primum generum Characteres apocrifici, plerumque iidem, qui serius in S. X., XII., vel rudimenta certe eorundem. *(Contulimus hos accurate ubique ad Generum diognosses)* — Species nondum datae sunt. — Autores generum et synonyma non adscribuntur. — Singulae classes majores subdivisae sunt litteris *a. b. c. etc.*, additis sectionum notis saepe iisdem, qui in Conspectubus generum in S. X., XII. adhibentur: *(illic ubique a nobis collatae sunt, notata si qua fuit discrepantia.)* — Genera anomala post singulos ordines eorumve subdivisiones indicantur: *(quae ad eosdem conspectus ubique comparavimus, et si serius a Linnaeo praetermissa, ibi indicavimus.)* — [Ita totam hujus libri partem Vegetabilia tractantem integram accipit L. B.]

Genera nova in S. VI. obvio sunt: n. 1022—31. *(ex Act. Upsaliens.* 1741.) Ceanothus, Polypremum *(restitutum)*, Cynometra, Stewartia, Callicarpa, Carpesium, Proserpinaca, Mimulus, Mnium *(restitut.)*, Porella, — *n.* 1032—72. *(ex dissertatione Nova Genera pl., resp. Dassow., Am. ac. 1. n.* 13.): Eranthemum, Amethystea, Bufonia, Olax, Bobartia, Pavetta, Tomex, Cissus, Exacum, Hedyotis, Camphorosma, Coldenia, Mussaenda, Nama, Cressa, Basella, Flagellaria, Mimusops, Allophylus, Jambolifera, Memecylon, Stellera, Bartramia, Samyda, Cambogia, Elaeocarpus, Delima, Microcos, Uvaria, Atragene, Citharexylon, Connarus, Pentapetes, Indigofera, Inula, Pothos, Zostera, Ceratocarpus, Sterculia, Antidesma, Datisca, — *nouissima genera, nullis numeris donata:* Callitriche, Elymus, Knoxia, Scoparia, Ophiorrhiza, Agave, Napaea, Iva, Ophioxylon, Tremella. — *Gnidia pro Struthia data est.*

Omissa *sunt e G. II.:* Lithophyta omnia *(etiam Spongia);* praetermissae omnes ex Appendice Palmae, *(exc. Chamaerops in Cl. XXIII. 2. locata)* et Incertae [*e quibus tamen suo loco in Syst. recepta sunt* Cordia Echinophora, Schinus, Gailandina, Ochna, Samyda *(Cl. XII.)* Caesalpina, Hura, Melanthium.] — *Omissa plane, ut postea:* Cervaria (Minuartia *Sp. pl.*) *ex Diss. Dassow.*, Myristica *ex G. II. app.* — *Praeterea plura genera numeros quidem servant, sed justa affinia litteris minoribus et linea combinante* [1]*), prout delenda, posita sunt, diagnosi vel nulla* (Paederota, Aparine, Chomelia, Thevetia, Cotinus, Maurocenia, Tinus, Opulus, Pavia, Persicaria, Bistorta, Helxine, Phelypaea, Squamaria, Trionum), *vel abbreviata* (Cepa, Porrum, Cerasus, Padus, Tormentilla); *quae omnia, excepta Tormentilla, omisit deinceps in Sp. I., G. V. etc.*

Ordo hic illic mutatus operis praecedentis, maxime in singula generum dispositione Classis V. 1., XIV. 1., 2., XVII. 3., XIX. 1. et 2. — *Nonnae, plurimum meliores, in systemate classes ordinesve occupant:* Boerhavia, Gmelina, Ruppia, Cordia *(Cl. VI.)*, Illecebrum, Arctopus, Alsine *(Cl. III. 3.)*, Ruta, Neurada, Hugonia, Coriaria, Philadelphus, Tetragonia, Mesembryanthemum, Aizoon, Isopyrum, Diodia, Cnicus *(rursus Ord. 1.)*, Najas, Andrachne, Acalypha, Croton, Jatropha.

9. SPECIES PLANTARUM *etc.* (*Edit. I.*) HOLMIAE imp. LAUR. SALVII. 1753. 8. (tomi duo.).

Tom. I. Inest: pag. (a.) Titulus, in cujus aversa *pag. (b.)* Epigramma ex Caesalp. [2]) — *Pag. (I—III.)* Dedicatio, suecice *(cf. Cod. p. 12. obs. 3.)* — *Pag. (IV—VIII.)* Praefatio, *vide Cod. p. 12—14.* — *Pag. (IX—X.)* Auctores *(dubimus in fine Codicis, cf. supra §. 16. 2.).*

Pag. 1—558. Species singulae recenseatur generum, quorum sola nomina superscripta sunt, a class. I—XIII. fin. — Pag. 559—60. „Addenda." *(Stellerae, Passerinae, Luchnaceaeque, errore omissarum, species, Ortega hisp., Stipa membr., Elymus hystrix.).*

Tom. II. pag. (n.) Titulus. — Pag. 561—1186. *reliquarum classium species recensentur.* — Pag. 1187—9. „Palmae." — Pag. 1190—99. „Appendix." Genera incertae sedis pauca continet, et (a *p.* 1194.) novas Species addendas, n. 24; *(notula p. 1199. fin. addita, supra a nobis recusa est §. 23. p. X. notula.)* — Pag. 1200. „Addenda" *(pauca synonyma, loci nat. etc., ubique collati).* — Pag. (1201—8.) „Index Generum." — Pag. (1209—24.) „Index Synonymorum." — Pag. (1225—30.) *Index* „Nomina Trivialia." — Pag. (1230—1.) „Addenda" *denuo ead. ut p. 1200., et plura praeterea addenda vel emendanda. In fine add. obs.:* „Paginas et Paragraphos allegatas cum libris conferre otia non admisere, quas L. B. emendet, usque dum altera prodeat editio." *(Videtur maxime sermo esse de libris autoris, qui re vera haud raro perperam citati, forsan ex schedulis, quales tunc in herbario haberet Linnaeus? R.).*

Genera nana (in G. V. dein descripta) insunt: Cinna, Ortega, Loeflingia, Cassyta, Stipa, Aristida, Apluda, Minuartia, Queria, Scurrula, Aretia, Triosteum, Galax, Mangifera, Trianthema, Calamus, Velezia, Trillium, Osbeckia, Baeckea, Rhododendron, Stellaria, Glinus, Dalibarda, Bombax, Microcos, Trollius, Thymbra, Aspalathus *(restit. pro Achyron.)*, Ebenus, Cacalia, Araica, Filago *(restit.)*, Seriphium, Guettarda, Andropogon, Blechnum, Pilularia *(restit.)*, Phascum, Targionia, Spongia *(ad Algas restit.)*; *ad Palmas:* Cycas, Areca, Elate; *ad Incertas:* Adansonia. — *Plura melius scripta, ut* Prunella *pro Brunella*, Cocos *pro Coccus*, Clematis *pro Clematitis etc.*

Ex Incertis locum in systemate obtinent: Begonia, Hernandia, Cissampelos, Duranta. *Relegantur vero ad Incertas:* Rumphia, Trewia, Adansonia.

Omnia genera ex S. VI. *(praeter ea, de quibus ibi jam sermo erat):* Diervilla, Xylon, Mitreola, Anisum, Dodonaea, Coronaria, Filipendula, Anacampseros, Hepatica, Pulsatilla, Cunila, Heisteria, Doryenium, Tragacantha, Dalea, Kleinia, Gerbera, Herminium, Neottia, Alnus, Abies, Aruncus. — *Lithophyta omissa manent in posterum quoque.*

Navum Inceum *(meliorem plerumque quam S. VI.)* in Systemate occupant: Nardus, Holosteum, Tiliaea, Evonymus, Cordia *(Cl. V.)*, Sauvagesia *(Cl. V. 1.)*, Panax, Alsine *(Cl. V. 3.)*, Frankenia, Acer, Diospyros, Chrysosplenium, Michelia, Anagyris, Samyda *(Cl. XI.)*, Styrax, Crateva, Triumfetta, Peganum, Portulaca, Reseda, Euphorbia, Heliocarpos, Lemna, Empetrum, Gleditsia, Nyssa, Rhodiola, Ficus *(Cl. XXIII.)*, Byssus *(ad Algas).* — *Praeterea Cl. V. 1., XIV. 1 et 2., XVII. 3. denuo aliâ Generum serie disposita sunt.*

Obs. *Nana periodus et Linnaeana et rei botanicae omnino incipit ab hoc opere, primo species omnes plantarum Linnaeo cognitas (vel ab autoribus ipsi sufficientibus distinctas) diagnosi, synonymia, locis natalibus et permultas etiam (nisi alibi in operibus autoris descriptae) brevi descriptione illustrante, praecipue autem nunc primum consulto adjectis in margine nominibus trivialibus scientiam ipsam maxime sublevante, (quae certissime nominum specificorum illorum, diagnosin simul exhibentium, quibus antea utebatur Linnaeus et quae tantopere commendaverat, utut rationalium, nimia mole obruta fuisset serius ocyus?) Cf. quae de his dicemus infra in aphorismis. — Ratio, qua tractatae species sunt, quavis Codicis pagina demonstratur. — Insunt species numero* 5938. (2843 *tom I.*, 3041 *tomo* II., 54 *appendici*): *e quibus perpaucae serius omissae sunt (ut v. c. Ipomoea alba, Atragene sibirica, Iberis cretica).*

---

1) v. c. Roudeletia / Chomelia } Cor. infundibulif. Caps. 2locularis.

2) „Ignoto genere proprio nulla descr., quamvis accurate tradita, certam demonstrat, sed plerumque fallit. Caesalp. praefat."

10. GENERA PLANTARUM *etc.* EDITIO QUINTA AB AUCTORE REFORMATA ET AUCTA. HOLMIAE, IMP. LAUR. SALVII. 1754. 8. (*Cf. supra ed. I^mam.*)

Inest: Pag. (a.) Titulus, in cujus aversa parte Epigramma (*Cod. p. 9.*), *omiss. ultimis verbis.* — Pag. (c.) Dedicatio. (*vid. Cod. p. 9., obs. 2.*) — Pag. I—XIV. „Ratio Operis" (*Cod. p. 9—12.*). — Pag. XV—XXXII. „Ordo generum." *Omisimus hunc, cf. supra* §. 16. *obs. 2.*

Pag. 1—493. Singula classium genera, ut in edit. praecedentibus. — *Pag.* 494—500. „Appandix." 1. „Palmae," 2. „Plantae" (*i. e. paucae quae restant Incertae*). — *Pag.* (501—521.) „Iodex." — *Pag.* (522) *Specicbus Plantarum addi jubet:* Lygeum Spartum, Cyanellam hyacinth., Cambogiam Gottam, Delimam sarmentosam, *cum syn. et loc. natalib.*

Totius ordo exactissime convenit cum Spec. I., proximo ante editis, quem librum quasi supplet, generum descriptionibus exhibitis. — *Quae differunt, haec sunt:* — Nova genera: Lygeum, Genipa, Cyanella, Delima, Lithoxylon (*restitutum ad Algas!*) — Omissum (*fortuito*): Ebenus. — Locos in systemate *alios habent:* Callitriche (*Cl. I*), Bufonia (*Cl. II.*), Tanacetum (*Cl. XIX. 2.*): *et ex Incertis certos:* Thalia, Randia, Plukenetia. — Thoja *pro Thuya*, Helenia *rursus pro Helenium* dixit. — *Plura non memorabilia.*

11. SYSTEMA NATURAE *etc.* EDITIO DECIMA, REFORMATA. TOMUS II. HOLM. IMP. DIR. LAUR. SALVII. 1759. 8. (Incipit hic tomus, vegetabilia tractans, a pag. 825.).

Obs. Singulari modo hic Tomus a Toma I., Animalia exhibente, differt. Genera quidem eodem modo per breviores characteres essentiales, quales primo in S. VI. dati sunt, distinguuntur, adscripto in hoc toma numero e Gen. edit. V. — Sed quum Species in Tomo primo plano eadem ratione, atque vegetabilium species in Spec. I., tractatae sint, copiosa synonymia Linnaeana et aliena loeisque natalibus adscriptis, atque hic illic adjecta descriptione: ea in hoc toma II. omnia desiderantur. Sola nomina cum diagnosi exhibita sunt vulgo per totum librum. Hoc L. fecisse videtur, ne bibliopolae noceret, apud quem etiamtum prostarct Spec. ed. I., atque „ut liber compendiosior evaderet" *ut ipse ait in Praef. S. X. (Cod. p. 14.). Tantum mutationes et additiones, ad Spec. pl. adjiciendas, hic illic adspersit. Ita, licet forma diversissimus, nihilominus reapse hic liber ut nova editio Spec. pl. eousiderandus est, ad quem ubique necessaria e Spec. pl. a lectore supplcantur. Propterea cuivis generi subjecta est pagina citata e Spec. pl. I. — Quae res quum probari visa sit ab Eruditis, quumque S. XII. denuo mox post Spec. II. appareret, in hujus quoque Systematis ed. XII. tomo II. (et in S. XIII. cur. Murray) eadem ratia servata est, quantumvis genio hujus libri in Tomo I. et III. Syst. XII. conspiciendo contradiceret. — Multa incommoda, immo etiam nescio quae levitas in determinandis plantis, tempore postlinnaeano (quo praecipue Systematis editionibus uti solebant Botanici) inde exorta videntur: ita ut melius actum fuisset, si L. nusquam Species plantarum seorsim edidisset, sed statim suo loco cum Systemate animalium, eadem ratione elaborato, promulgasset!*

Continentur hoc tomo: Pag. (o.) Titulus, pag. (b.) Epigramma e Davld. (*Cod. p. 1. incip.*), — pag. (c. d.) „Praefotio" (*Cod. p. 14.*).

Pag. 825—7. „Regnum vegetabile" (*Cod. p. 2—4., sed brevius quibusdam §§. et rudius*). — Pag. 828—36. „Delioeatio plantae." (*Cod. p. 4—6.*) — Pag. 837. „Clovis syst. sexualis." (*Cod. p. 7.*) — Pag. 838—40. „Classium characteres." (*Cod. p. 8.*) — Pag. 841—1352. Genera et species, ratione supra dicta recensentur; *praecedente singulis classibus conspectu generum, quos cf. in Codice.* — Pag. 1353—6. „Appendix," „Palmae" *et* „Plaotae" (*scil. incertae sedis, sed longe pauciores, numero 7), quasi classis ultima recensentur; prnecedit quoque causpectus similis.* — Pog. 1357—84. „Genora Plantorum Nova addenda" *describuntur eodem modo, ut in G. I., cujus hic Appendix est, exhibens numeros* 1106—74. *ad Gen. I. adjiciendos, indice quoque (p.* 1357—8.) *munitus. Quare hos in Codice ad generum descr. collatos invenies. Genera haec sequentia sunt:* Cunilo, Paspalum, Wachendorfia, Comocladia, Polycarpon, Triplaris, Allionia, Petesio, Rhocoma, Fagara, Kramoria, Cruzeta, Varrooia, Ehretia, Chiococca, Portlandia, Psychotrio, Erithalis, Cedrela, Byttnerio, Hartogia, Hypoxis, Limeum, Combretum, Amyris, Weinmannia, Coccoloba, Tiuus, Trichilia, Boeida, Cunonia, Erythroxylon, Halesia, Nitraria, Winterana, Blakea, Illicium, Sesuvium, Calycanthus, Grias, Lagerströmia, Leeythis, Prockia, Laetia, Seguieria, Curatella, Reaumuria, Hydrastis, Stemodia, Pedalium, Ellisia, Moonieria, Piscidia, Ebenus (*restit.*), Pectis, Zinnia, Amellus, Gortera, Ayenia, Xylopia, Omphalea, Tripsacum, Olyra, Pharus, Solandra, Cecropia, Batis, Trophis, Iresine: — *praeterea emendati auctiores characteres generum:* Achras, Samyda, Spondias, Adansonia, Hippomane, Hura, Apluda, Pisonia. —

Genera nova in S. X., praeter haec 69 *enumerata, sunt:* Hasselquistia, Excoecaria, Adelia, Buxbaumia *et incognitum quoddam* „Aestoario," *in consp. generum classis V. (nec alibi) cum char. specifico exhibitum.*

Ordo generom *vix bis vel ter differt a Gen. ed. V. (et Sp. I.), nisi quod sequentes meliorem locum occupent:* Apluda, Zanthoxylon, Spondios, Schinus, Samyda, Clusia, Bombax, Mimosa, Securidaca, Gundelia (*Cl. XIX.* 3.), Fevillea, Pisonia, Cissampelos, — *et ex Incertis certo loco receptae sint:* Fuchsia (*Cl. IV.*), Hippocratea (*Cl. VI.*), Achras (*Cl. VI.*), Hymenaea, Adansonia, Hippomane.

Omissa sunt Breynia, Bartramia, Cracca *et* Lithoxylon (*sed* Spongia *sub Algis manet*). — Aethusa (*pro Ethusa*), Jussiaea, Crataeva, Helenium (*pro Helenia*) *scribitur.*

Species *novae* perquam multae latent, ex parte jam in dissertationibus (*ut* in Cent. pl. I. II.) et in Fl. Succ. II. interea edita descriptae. Omnes hae nou numeris, sed *litteris* A. B. C. *etc.* insigniuntur, quibus nos adscripsimus ubique eum qui praecedit numerum (2. *A.* etc.). Nonnullae ad alia genera translatae. Plures serius omissae sunt species in hac Editione prupositae quas exhibebit Codex, partim jam a Recentioribus resuscitatas (*ut Phlomis italica, Mesembryanthemum aureum*). — *De his vero nolumus esse nimii, quum a Codice ejusque Indice omnes exhibeantur. — Specierum numeri ceteroquin iidem, qui in Sp. I.: series hic istic, nec vero saepe, transmutata. — Insunt species* 6691 *(e quibus* 16 *in append.).*

12. SPECIES PLANTARUM *etc.* EDITIO SECUNDA, AUCTA. HOLMIAE, IMPENSIS DIR. LAUR. SALVII. 1762. 8. (Tomi duo).

Tom. I. inest: Pag. (I.) Titulus, pag. II. Epigr. ex Caesalp. (*vid. supra edit. I.*). Titulo upposita *imago Autorĕs* aeri incisa, cum epigrammate Aurivillii, alio loco a nobis exhibenda. — Pag. (III—V.) Dedicatio (*Cod. p.* 12. *obs.* 3.) — Pag. (VI—XI.) Praefatio „Lectori aequo." (*vid. Cod. p.* 12. *seq.*) — Pag. (XII—XV.) „Auctores" (*exhibentur fine Codicis*). — Pag. 1—784. Singulae species ut in Editione prima tractantur a classe I—XIII.

Tom. II. inest: Pag. (n) Titulus, sine epigr. in aversa pagina. — Pag. 785—1656. Species classis XIV—XXIVtae. — Pag. 1657—60. „Palmae." — Pag. 1661—82. „Appendix," *exhibens p.* 1661. *genera incertae sedis* 4 (Brossaea, Bucephalon, Matthiola, Trevia), p. 1661—75. *nouas quasdam (recentium et vetustorum generum) species num.* 64, *et* p. 1675—80. *animadversiones supplendas ad plures alias:* tandem pag. 1682. icones citatas addit ex Stillingfleet miscellaneous tract. Lond. 1762. 8. *et* Jacquini historia plantarum Americanarum, *quas sero accepisse L. videtur.* — Pag. 1683—4. „Errata" *(emenda emendanimus).* — Pag. (1685—1723.) „Index Generum." — Pag. (1724—60.) „Index Synonymorum," *locuples et utilis, adhibebitur in praeparando Indice Nostro.* — *Pag.* (1760—72.) *Index* „Nomina Trivialia," *specierum scilicet insignia quaedam, exhibens.*

Genera Nova *(post S. X.) introducta sunt haec:* Paederota *(restit.)*, Moraea, Collisia, Aquartia, Onosma, Nolana, Nauclea, Macrocnemum, Hamellia, Menais, Jacquinia, Laugeria, Gardenia, Echites, Hydrolea, Spathelia, Evolvulus, Albuca, Alströmeria, Bursera, Septas, Melicocca, Swietenia, Quassia, Thryallis, Limonia, Quisqualis, Dais, Copaifera, Rhodora, Ginora, Symplocos, Cleonia, Peltaria, Ricotia, Heliophila, Brownaea, Nissolia, Geoffraea, Geropogon, Scriola, Ethulia, Pteronia, Calea, Athanasia, Cineraria, Perdicium, Leyssera, Osmites, Strumpfia, Ferraria, Kleinhofia, Elaterium, Anguria, Centella, Astronium, Zamia, — *et in appendice supra dicto:* Myginda, Kuhnia, Ellisia *Sp. II.* (*non S. X.*), Schrebera, Hillia, Heisteria, Decumaria, Pterocarpus, Gouania.

Omissa *sunt ex servatis in S. X. generibus:* Seurrula, Avicennia, Renealmia, Dalibarda, Aeginetia, Ellisia *S. X.*, *et* Spongia.

Allaa in systemate classes vel ordines occupant: Bufonia, Hirtella, Hippocratea *(Cl. III.)*, Cassyta, Paspalum, Drypis, Suriana, Menispermum, Saururus, Schinus, Boeconia, Chrysobalanus, Bombax, Pentapetes, Monnieria, Elephantopus, Echinops, Stoebe, Gundelia, Sphaeranthus, Hippomane, Solandra, Cerntonia *(XXIII. 2.)*, Datisca, Dalechampia. — *Praeterea hic illic, maxime in Class. V.* 1., *VI.* 1., *VIII.* 1., *XIV.* 1., *XVII.* 1., *unum aliudve Genus transpositum est paullulum. Ceterum vero idem ordo generum, qui in S. X.*

Species nuvae et aliis generibus amandatae perquam multae sunt, de quibus videns ipsum Codicem ejusque Indicem.

Obs. Editio haec manifesto recusa est ex primae editionis exemplari, cui adscriptae erant necessariae mutationes et additamento: cujus rei exempla permultu sunt, ut in Veronica bellidioide, Cod. n. 77. *obs., aliisque calami et typothetae erroribus in utraque obviis.*

13. GENERA PLANTARUM *etc.* EDITIO SEXTA AB AUTORE REFORMATA ET AUCTA. HOLMIAE. IMP. DIR. LAUR. SALVII. 1764. (*Cf. supra edit. Imam.*)

Inest: Pag. (a. b.) Titulus cum Epigr. ut in G. V., q. cf. — Pag. (c. d.) Dedicatio (*Cod. p.* 9. *obs.* 2.) — Pag. 1—XV. „Ratio operis." (*Cod. p.* 9—12.) — Pag. XVI. „Clavis systematis sexualis." (*Cod. p.* 7.) — Pag. XVII—XX., „Classium characteres." (*Cod. p.* 8.) — *Obs. Eaedem pagiuae (XVI—XX.) superne inscriptae sunt „Regnum vegetabile": quod inde manifesto ortum, quod recusae sunt ex exemplari Syst. ed. Amae, in qua typotheta hanc paginar. inscriptionem servaverat per totam introductionem.*

Pag. 1—569. Singula classium genera describuntur, ut in reliquis editionibus originalibus I. II. V. Sed singulas classes praecedit conspectus nominum genericorum, quibus additur citatio paginae, quum singulum quodvis genus in *Sp. II.* occupat. Ita „Ordo Generum," in G. V. obvius, hic ad singulas classes distributus extat, paginasque occupat: 1., 8., 20—1., 44—5., 69—72., 156—7., 182., 185., 199., 202—3., 234., 245., 258—9., 285—6., 330., 347., 361., 390., 396—7., 460., 474—5., 511., 537., 557—8. — Pag. 570—80. „Classis XXV. Appendix." *Praecedit conspectus similis generum p.* 570. „I. Palmae" p. 571—76., „II. Miscellaneae" p. 575—6. — „Addenda" pag. 576—80. *Genera nova* [n. 1232—8. Cytinus, Schwenckia, Roridula, Grielum, Perilla, Avicennia (*restit.*), Ambrosinia] *cum suis speciebus exhibent, et* Trewiam n. 1239., *supra omissam restituunt.* — Pag. (581—603.) „Index." — Pag. (604—22.) „Ordines naturales" [*ex recentiore ac Linnaei dispositione. Supplementum hoc caput sistit Classium plantarum, ibique locum obtinet*

necesse est in editione Operum Linnaeanorum: qua de causa et nos hic omisimus. Animadvertendum quod L. ubique generibus serius a se cognitis, in Mant. I. II., ejne ordinis, ad quem relegenda essent, numerum (romanum, vel litteram graecam) adscripserit, ita ut ea quoque intercalari queant.] — Pag. (623.) „Emendanda in Speciebus Pl." *Haec emendavimus in exemplari adhibito Spec. ed. Hoe.*

Series generum plane eadem, quae in Spec. II., vix bis vel quater unum alterumve genus cum proximis locum commutat. Tantum Trianthema *ad Class. X., et* Illicium (*errore typogr. omisso ordine Cl. XI. 8gyn.?*) *ad Cl. XI. 5. transposita. — Nullum genus novum praeter 7 illa in Addendis, sed omnina eadem quae in Sp. II.; descripta primo, quae ibi nova erant.*

14. MANTISSA PLANTARUM (*prima*) GENERUM EDITIONIS VI. ET SPECIERUM EDITIONIS II. HOLM. IMP. DIR. LAUR. SALVII. 1767. 8.

Inest: Pag. (1.) *Titulus.* — Pag. (2.) *Index generum.* — Pag. 3—22. *Genera ad G. Vl. supplenda nova describuntur* [n. 1240—84.: Dialium, Königia, Scabrita, Cometes, Struthiola, Messerschmidia, Nigrina, Cyrilla, Lisianthus, Plectronia, Arduina, Carissa, Paederia, Pergularia, Steris, Mahernia, Dracaena, Anticharus, Chlora, Schmidelia, Prosopis, Chalcas, Forskohlea, Hudsonia, Manulea, Vandellia, Malachra, Saraca, Monsonia, Melaleuca, Hopea, Zoegea, Gunnera, Stilago, Serpicula, Cicca, Leea, Nephelium, Gnetum, Stillingia, Caturus, Canarium, Cimicifuga, Terminalia, Elais]. — Pag. 22—23. „Additamenta." [*char. emendati ad gen.:* Saccharum, Trianthema, Chara (*Cl. XXI.*), Hartogia (*Cl. XXII.*)]

Pag. 24—137. „Species," *numero* 452, *ut in Sp. II. tractatae, e quibus 7 jam in Spec. II. occurrunt, 7 aliae ex operibus Linn. prioribus restitutae: reliquae novae.* — Pag. 138—9. „Appendix," *palmas* (Coc. guineens. *et* Elain guin.) *et Incertam* (Brabylam capensem) *continens.*

Pag. 139—142. „Expolitiones generum plantarum editionis VI." (*Char. singuli reformati* 32 *generum: in* Cupania, Mesua, Cytino, Grielo *tales, qui locum in syst. mutent: — asininum* Orvalae *genus.*)

Pag. (143—4.) „Index Mantissae" *alphabeticus.*

Obs. Apparuit hic liber fere cum sequenti, a quo suppletur.

15. SYSTEMA NATURAE *etc.* EDITIO DUODECIMA, REFORMATA. TOMUS II. (*Syst. Vegetabilium.*) HOLM. IMP. L. SALV. 1767. 8.

Inest: Pag. (b.) *in aversa tituli parte* Epigr. ex Dav. (*Cod. p. 1. incip.*) — Pag. 1—11. „Regnum Vegetabile." (*Cod. p. 2—4.*) — Pag. 12—21. „Dolineatio plantae." (*Cod. p. 4—6.*) — Pag. 22. „Clavis systematis sexualis." (*Cod. p. 7.*) — Pag. 23—5. „Classium characteres." (*Cod. p. 8.*) [*Obs. Omnes hae paginae, 1—25. inscriptae sunt „Regnum Vegetabile," ut in S. X.*] — Pag. 26—48. „Classium Genera." (*Enumeratio nominum genericorum: omissa, vid. Praef. nostr. §. 16. 2.*) — Pag. 49—727. Singulae classes sequuntur, ut in S. X., quod cf. supra n. 11. — Pag. 728—731. „Appendix," *solas Palmas exhibens, praecedente Conspectu, ut ad reliquas classes;* [*plantae Incertae hucdum enumeratae* Matthiola, Brossaea, Trewia *certum in syst. locum obtinuere,* Bucephalon *dubia ad Trophis genus ductum est.*] — Claudit hanc paginam versus e Psalmista, quo et nos Codicem finiemus. — Pag. 732—34. „Addenda," *species novas n. 9 exhibent.* — Pag. 734—5. „Observanda" *ad 7 species, inter quas Schaenus capensis, pro quo genus novum* Restio, *ad Gen. VI. supplendum, describitur.* — Pag. 735—6. „Omissa": *genera 5 fortuito praetermissa restituuntur et Mentha perilloides pro Ocymo frutesc. introducitur.* — Pag. 736. „Excludenda" (*Species 6, quae bis in textu, et Schoen. capens.*). — Pog. (737—751.) „Index" *nominum genericorum.* — Pag. (752.) „Errata" *pauca, quae correximus.*

Genera nova insunt: Codon, Loasa, Abrus *et* Restio, *praeter ea quae in Mant. I. addita;* — omissa *sunt:* Barreria, Bucephalon, Orvala, Rhodora, Tetragonotheca. — *Ordo fere ubique servatus ex S. X. et Sp. II., nisi quod* Hartogia, Velezia, Styrax, Illicium, Morisonia, Mesua, Brownaca, Monnieria, Chara, *novos (meliores) in syst. locos occupant,* et hic illic, sed raro, singulum genus cum proximis locum mutavit, max. in Class. VIII. 1., X. 1., XVII. 4. et Filicibus.

Species, praeterquam quae in Mantissa I. et „Addendis" (v. s.), paucae additae sunt, v. c. Boerhavia angustifolia, Scilla lusitanica et hyacinthoides; — omissae plures (ut Lycopsis echioides, Petesia tomentosa, Primula cortusioides, Campanula limonifolia), non omnes bene, nec omnes restitutae inter „Omissa." — Permultae intrarunt nova genera et multa mutata sunt, *quae cf. in Codice.*

Obs. Simili modo, atque S. X., elaboratum est S. XII., sed diff., praeter notata, eo, quod quae illic addita erant, desunt [*quia maxima ex parte in Sp. II. recepta*], *et quod longe pluribus speciebus longiusculae descriptiones aut synonyma, ad Sp. II. supplenda, adscripta sunt. — Videtur Linnaeus, tunc temporis maximo vigens, summa opera elaborasse hanc editionem, et solum quae nimis longos essent generum specierumve novarum descriptiones et emendationes amandasse ad Mant. I., quam huic operi praemisit, reliquas vero hic recepisse. — Ipse in Diario suo (Egenh. Aut. ed. Afz.)* „perfectum" *vocat hunc librum, quem re vera Critica quoque Linnaeana ut ultimam optimamque systematis (specierumque) plantarum editionem agnoscat necesse est: ita ut, si quem, solum hunc librum primarium in re Liunaeana foccro possimus. Sed en! compendium ipse est Spec. ed. IIdae, nec nisi hac simul adhibita intelligitur; at haec rursum solis Sp. I. et S. X. editionibus explicatur,*

ipsis quidem maxime ex libris primae perlndi Linnaeanae subortis! Et ita re vera demonstratur axioma: „nova nisi omnium librarum inspectione, i. e. tota qualis fuerit Linnaeo adhibito, eanam criticum existere posse."

16. *Ejusdem* SYST. NATURAE *etc. Ed. XII.* TOMUS III. HOLM. 1768. — *pertinet huc quoad pag.* 229 — 36., *ubi* „APPENDIX VEGETABILIUM TOMI II.," *continens species novas* [Stipa Aristella, Rubia cordif., Convolv. pentapetaloides, Rhamn. siculus, Crassula vertic., Alisma parnassif., Silene porrigens, Arenar. balearica, Anem. canadensis, Sisap. brassicata, Boniss aegypt., Cleome gig., acul., Polygala trichosp., Indigof. disperma, Trifol. ochroleucum, Theobroma augusta, *Calea scop.*, Gnaphal. supinum, Conyza balsamif. (*restit.*), Lichen vernalis, Lycoperdon variolos., Byssus sept., *Hyosc. Scopoliae descr. nov.*, *Cynanch. aphyllum*] *et mutationes ad gen. Spilanthus et Aphanes.*

17. MANTISSA PLANTARUM ALTERA GENERUM EDITIONIS VI. ET SPEC. ED. II. HOLM. IMP. DIR. LAUR. SALVII. 1771. 8.

Inest: Pag. (a.) Titulus, (b.) in aversa parte Epigr. e Seneca (*Cod. p.* 14.) — Pag. (c.) Dedicatio (*Cod. l. c. obs.* 2.) — Pag. (d.) „Praefatio." (*Cod. p.* 14.: — — *testamentum quasi Linnaei senis, cujus ultima verba Codicem edituri probe respeximus.*) — Pag. (e. f.) „Index Generum" *novorum nempe Mantissae.*

Pag. 143 — 166. *(etenim continuatur Mant. I)* „Genera" *nova* n. 1237—1336. *describuntur*: Glubba, Calceolaria, Rotala, Aegiphila, Samara, Siriom, Acaena, Scaevola, Allamanda, Aquilicia, Heliconia, Lluconia, Xylophylla, Tulbaghia, Canarina, Capura, Dodonaea (*restit.*), Ophira, Gunrea, Turraea, Dionaea, Triopteris (*reform.: ejus loco hic* Hiraea), Bergia, Befaria, Vatica, Münchhausia, Trilix, Caryocar, Lindernia, Premna, Hyobouche, Lerchea, Liparia, Glabraria, Eclipta, Bellium, Baltimora, Hippia, Oedera, Salacia, Gluta, Littorella, Clibadium, Agyneja, Elegia, Hermas, Spinifex, Manisuris, Chrysithrix, Stilbe, *et char. reformata, ad filices*, Cycas. — Pag. 167—9 „Characteres reformati" (*generum Eriocaulon, Illicium, Napaea, Brabejum, Dalechampia*).

Pag. 170—314. „Species" *novae* [*n.* 393, *inter quas* 5 *e priscis Linnaei operibus restitutae; praeterea vero* 57, *quae jam aliis iisdemve nominibus proditae in Syst. XII. et Mant. I. occurrunt, — emendatae vel certe mutatae. — Inter has maxime memorabiles plantae capenses ex Bergii fl. cap., capenses et indicae a Königio missae, Musci ex Huds. fl. angl., et generum* Proteae (*cum Leucadendro conjuncti*), *Indigoferae, Paultinina, nec non ex parte Ericae species, de integro quasi elaboratae*].

Pag. 315—510. „Observationes in Species Plantarum cum Emendationibus et Animadversionibus." *Inest ingens numerus obs., syn., descr. breviorum et longiorum, aliarumque rerum addendarum, mutationum in specierum nominibus et diagnosibus faciendarum etc. Haecquavis Codicis pagina conspiciendae: omnes enim suo loco receptae sunt, licet caute; nam saepius justa L. hic pejora melioribus substituit, at in Caucal. leptophylla, Tordyl. latifolio al: — senio ipse laborans, et jamjam frequentissimis aliorum consiliis nimis facile cedens, qui antea non inconsulto pertinacissimus fuerat! Hinc Friesius Novit. p.* 127. et 184.: „*Mantissa pl. casuelanibus scatet*" — „*ultimum et minus authenticum opus!*"

Pag. 511—20. „Mantissae priorie Additamenta" *similia, Mantissae I. species spectantia.* — (Pag. 521—52. „Regni animalis appendix" *huc non pertinet*).

Pag. 553—75. „Appendix." *Exhibet p.* 553—7. *genera nova n.* 1337—44. (Willichia, Manettia, Perama, Giseckia, Murraea, Bergera, Bassia, Gordonia) *et p.* 557—75. *species* 57, (*inter quas* 12 *iam antea propositae, reliquae novae*). — Pag. 576—8. „Index Mantissae" (*sc. ad pag.* 170—314. *et p.* 557—75.) — Pag. 579—84. „Index observationum" (*ad p.* 315—510.) — Pag. 585. „Index alter." (*sc. ad pag.* 511—20.) — Pag. 586—7. „Genera Nova, addenda Generibus Plantarum editionis VItae." (*Index systematicus generum novorum in Gen. VI. Add., Mant. I. et II. propositorum, quae num. genericis suis citantur.*) — Pag. 588. „Addenda" *pauca.*

18. SYSTEMA VEGETABILIUM *etc.* EDITIO DECIMA TERTIA ACCESSIONIBUS ET EMENDATIONIBUS NOVISSIMIS MANU PERILLUSTRIS AUCTORIS SCRIPTIS ADORNATA A JO. ANDR. MURRAY, *etc.* GOTTINGAE ET GOTHAE TYPIS ET IMP. JO. CHR. DIETERICH. 1774. 8.

Inest. Pag. (a.) Titulus, (b.) ut in S. XII. — Pag. (c.—f.) „Lecturis s. J. A. Murray." *Ex hac praefatione excerpenda sequentia sunt. Incipit editor laudibus autoris, apud quem versatus est vere anni* 1772. *ineunte. Pergit deinde:*

„Quum nihil hospiti suo — L. desiderare reliqueret: tum et eum *Systematis Nat.* Tomum conspiciendum dedit, qui stirpes complectitur. Hunc ego videns multis egregiis observationibus auctum, nec paucioribus emendationibus expolitum, precibus sollicitavi perill. virum, ut, quum duodecimae ejusdem editionis exempla a bibliopola distracta jam essent, de nova, hisce suppetiis instructa, typis mandanda cogitaret. Verum renuit perill. Eques, regerens, se in posterum nonnisi supplementa ultimae editioni additurum. Tandem mihi ulterius eum de commodis, quae inde rei herbariae accessura essent, admonenti, et tyronum artis, quorum multi pretio totius Systematis naturae deterrerentur, studium libro facilius parabili, accensum mirificeque levatum iri, — urgenti, librum exactius limatum se mihi traditurum promisit, ut, quemcunque in usum vertere eum vellem, facultas mihi suppeteret. Promissis stetit perill. vir. — Ego vero nolui privatum hoc esse bonum, — etenim in hac nova editione omnes novae stirpes, sive genera sive species constituant, suis locis insertae continentur, quae post — *Gen. VI.* et *Spec. II.* — a perill. viro detectae sunt, et antea in *Appendice Spec. II.*, in *Mantissis*, in *Suppl. tertiae Systematis naturae* partis, sparsim exhibitae. Has variis

recentius detectis nec ante rite cognitis speciebus auctae sunt. Accesserunt multae novae observationes ad species quam plurimas, earumdemque vel generum characteres crebro emendati. Varia et genera et species in aptiora loca translata. Multa insuper synonyma curatius hic definita existunt.

Quum operae typographicae et propria libri simplitudine et variis impedimentis retardarentur, crebras accessiones et mutationes cl. vir mihi misit, quas fide suis locis inserui. Id potro meum esse arbitratus sum, ut, quantum fieri posset, nitidus et emaculatus in medium prodiret. Demum cursui, si, quum in prioribus editionibus nomina s. d. trivialia, nescio qua de causa, a bibliopola antea saepe abbreviata vel mutilata sistrentur, unde tironibus difficultas crebro enata fuit verum nomen intelligendi, jam integra describerentur. Scr. Gottingae in horto botanico, feriis paschalibus a. 1774."

Observamus ad haec: licet videatur, ex verbis Murrayi, ne verbum quidem huic editioni inesse, quod Linnaeanum non sit: multo minore tamen haec editio valore critica gaudet. Multa in ea confusa sunt, quae antea bene distincta erant (ut cfr. ad Asperulam laevigatam, Lysimachiam ciliatam, Campanulam dichotomam, Teucr. orientale et campanul.); *multa desiderantur, quae necessaria recipienda erant ex Mant. etc.* (ut Veronica biloba, Erigeron obliquum, Scrofularia chinensis, Erious capensis, Trifol. messanense, Bergera, Fagonia indica, Cactus nobilis); *alia delenda non delcta (ut* Campanula canariensis, Solanum fuscatum, Willichiae *genus, quae bis occurrunt); Mantissa II. persaepe non citata, ubi necessario citanda erat, et in nliis rebus multa arbitrarie et plane absque ulla Linnaeana strenuitate mutata sunt. Quae quam ita sint et quum ubique omnia, ndeoque haud raro typothetae sphalmata ex ed. XII. in hac XIII. recusa sint, nisi re vera discrepat vel ceteroqui momenti est, S. XIII. a nobis non citatur in codice. Neque etiam citatur ad plantas Mantissae IIdae, nisi quid ad Mantissae diagnoses additum vel mutatum hic existati lectoremque rogamus, ut ubiois quidem accuratissime collatum esse a nobis, persuasum habeat, sed, ubi non citetur, plane S. XIII. cum S. XII. vel cum Mant. II. congruere existimet. — Paginas ejus exhibebit Clavis in fine Codicis.*

Pag. 1—20. Regnum veget. Pag. 21. „Classia ayat. sex." — Pag. 22—24. Classium characteres — *omnia ut in S. XII.* — Pag. 25—47. Classium genera, *ut in S. XII., add. add., sed negligenter.* — Pag. 48—825. singulae classes, — pag. 826—8. Appendix (Palmae), Corrigenda et Epigr. ut in S. XII. — Pag. 829—44. Index generum.

Genera nova *insunt* omnia *ex Mant. II.* (excl. Bergera et Manettia) *et praeterea* Disandra, Durio, Euclea, Fusanus, Fothergilla. — *Exstnsa sunt, monente Mant. IIda.:* Leucadendron, Tomex, Microcos, Hectogia. — *Alios locos occupant* Anacardium, Teiaathema, Symplocos, Münchhausia, Cimicifuga, *et praeunte Mant. II.:* Fuchsia, Santalum, Brabejum, Illicium, Pliaia, Napaea, Begonia, Cycas; — *praeterea in Corrigendis* Bransfelsia *ad* Cl. XIV. 2., Quassia *ad* Cl. XXII. 10. *ducitur.*

Species novae ex Mant. II. receptae (*nec omnes tamen, v. c.*) et novissimae additae multae extant, et variae mutationes etc., *de quibus cido Codicem et quae suprn diximus.*

II. Magna ex parte,

id est quoad diagnoses, synonyma et descriptiones specierum QUANTUM FIERI POTUIT TOTOS, Codex noster continet libros sequentes. (*Obs. Excerpsimus hos libros ea ratione, ut nusquam botanicos definiendae plantae Linnaeanae gratia eosdem libros de recenti adire oporteret, ut itaque inessent diagnoses semper, synonyma omnia — nisi nimis multa obsoletaque in plantis cognitis et per syn. non extricandis — descriptiones enuncae exceptis perpaucis pro codice nimis longis, atque ubi deceret loci naturtos aliaque adderentur. Hac ratione libri mox recensendi ad simplices* CATALOGOS *reducere tentabimus, quales re vera certissime scripsisset Linnaeus, nisi eos edidisset ante sua opera systematica, quibus editis ille catalogos tales pramulgare solebat, ut Flaram Anglicam, Belgicam, Rybyensem, Nacitias Florae Suecicae etc. — Jam vero libri mox recensendi praeparationes Linnaei ad magnum Specierum Pl. opus continent, exhibent quasi singulos lapides caesos materiamque dolatam magni illius aedificii serius extruendi. Quocirca etiam species plures ex his libris immutatae, plurimae ex parte tales, quales ibi tractatae erant, receptae sunt in Species Plantarum: quibus explicandis supplendisque ubique necessario adhibendi illi sunt, neque quoad partem diagnostica-descriptioam in editione Operum Linnaeanorum alium locum obtinere possunt, quum in Systemate Vegetabilium, cui quo labet modo inserendi et impingendi sunt.*)

19. a) FLORA LAPPONICA (*etc. Ed. I*) AMSTELOD. 1737. — Praeter ea, quae ad dignoscendas plantas pertinent, huic libro insunt permultae observationes in itinere Lapponico ab autore factae, de moribus Lapponum, rei oeconomiam, agriculturam, pharmaceuticam etc. spectantes, aut ipsae botanicae, sed nequaquam huc pertinentes. *Quare fere nil nisi diagnoses et synonyma, et hic illic descriptio cujusdam plantae inde in Codice recepta est.* Ipsa *syn.* saepe in vulgatissimis plantis nimis cumulata sunt obsoletissima, ut recipi non posseot in codice. — Quod *criticam* attinet, probe teneas, hoc opus in Belgia scriptum esse, *Royeni et Gronovii auxilio* quare v. c. expositiones pl., et *synonyma praecipue*, non ubique quadrent, necesse est. — Quod autem haec illave plaata in ipsissima Lapponia non obvia, sed in Suecia vulgaris (*ut Spargan. erectum, Carex caespitosa et acuta*) simul enumeratur: puto, certissimo do fialbus Florae auxium non fuisse L., sed hanc illamve in itinere lectam descripsisse, ut innotescerent, et ut species affines melius distinguerentur; fortassis etiam quod conjicerot serius eas in ipsa Lapponia inventum iri.

b) FLORA LAPPONICA *etc.* EDITIO ALTERA, AUCTA ET EMENDATA STUDIO ET CURA J. EDW. SMITH. LOND. 1792. textum eondem refert, nisi quod ter quaterve mala Linnaei synonyma molioribus mutata sunt; addita nom. trivialia ex Sp. pl.; opus Rudbeckii a Smithio orbi redditum ex hac nova et e veteri editioue citatur; plantae post Linnaeum in Lappoaia lectae suis locis intercalantur; multis speciebus notula Editoris critica adjicitur. Sed hic illic etiam additamenta Linnaei manu in exemplari florae Lapp. scripta invenluntur. Quamobrem nos adhibuimus exemplar hujus editionis, antea cum editione I. accurate collatum, *ut utramque editionem collatam in codice inveniret lector.*

20. HORTUS CLIFFORTIANUS *etc.* AMSTEL. 1737. FOL. — Catalogum hortorum herbariorumque Clifortii scribere cupiens L., coactus erat, plantas singulas diagnosi, synonymis quantum potuit plurimis, locis nat. et saepe descriptiooibus illustrare. Quaro hic liber magnam partem praeparavit Opera Linnaei systematica; plures §§. exinde integrae in Spec. pl. receptae sunt, et nisi more aetatis illius abundasset *synonymis supervacaneis*, in longo pluribus id locum haberet. — Nos fero totum illum librum recipere in codice potuissemus, oisi 1. *synonyma nimis obsoleta in ipsis vulgaribus plantis*, 2. *descriptianes perpaucae nimio volumine praeditae*, 3. *excursus nonnulli critico-vel historico-botanici*, *et similia nimium extenuata* in illo libro fuissent, quae Codici minus apta essent, sed in Editione Operum Linn. viderentur melius, ubi nuoe sunt, retinenda esse. — Ceterum, quod criticam attinet: „*In Horto Cliffortiano, cujus judicia permulta mox ipse mutare cogebatur, vix mirum in contrahenda, quam antecessorum nonnulli in distinguendo, peccavit Linnaeus.*" (Fries Nov. p. VII) Permultae species ut var. exhibitae sunt: at quidem littera α., non littera β., ut aerius, indicante varietatem.

21. VIRIDARIUM CLIFFORTIANUM *etc.* AMST. 1737. sistit *Compendium horti Cliffortiani*, s. *Catalogum*, qui ex praecedente opere solas diagnoses, i. e. *nomina apoecifica* (qualia tunc introducere cupiebat L. loco nom. trivialium, ad quae serius rediit) exhibet, addita pag. et num. Horti. Est argo id, quod oono hortorum catalogi. Valor criticus exiguus, nam saepissime eadem diagnosis repetita, nec quidquam additum. *Tunc a nobis et Linnaeo non citatur.* Saepe vero termini emendati at laviora quaedam jam in fine Horti Cl. indicata correcta sunt. Rarius, sed hic illic tamen, plantae novae, vel novis sub generibus receptae, vel nova diagnosi illustratae proponuntur: *ac tum quidem re vera pluris existimoadum hoc Virid., nec tantummodo Excerptum sistit praecedentis operis. Ibi ergo et a nobis, praecedente Linnaeo*, citatur.

22. FLORA SUECICA *etc* (*Ed. I.*) HOLM. (*et Lugdb.*) 1745. — *Ed. II.* HOLM. 1755. 8. — Haec post Sp. I. edita, illa vero alua nom. trivialibus. Utraque jam minus abundat synonymis, ita ut ea vix non cuncta recipere potuerimus; Ed. II. ex Ed. I. recusa, ceteroqui maxime congruit, nisi quod fera ubique omittat synonyma Hallerianos (nescio quam ob discordiam) et syn. vetosta quaedam, max. e Cels. ups. — Descriptiunculae hic illic adjectae, plures in Ed. II. additae, paucae ibi uoissae ex Ed. I., omnes recipiuotur Codice. — Reliqua locos natales ut plurimum et oeconomiam Suecicam spectare solent, neque huc pertinent.

23. FLORA ZEYLANICA *etc.* HOLMIAE 1747. 8. — Insunt plantae a P. Hermanno circa annum 1671. in Zeylona lectae, casu post 70 annos ad Güntherum quendam pharmacopolam Hafniensem et ab eo ad L. traditae. Has L. determinavit diagnosibus, synonymis, et permultas breviter descripsit. Maxime hae explicaotur Hermanni eiusd. *Museo Zeylanico*, Burmanni Thesauro Zeylanico aliisque. — Maxima hujus libri pars Codice continetur, nisi ubi omnia synonyma vel *ἀλλοτρια* quaedam. Multae tamen plantae *ab ipso L. commemoratae ut Obscurae, Dubiae, Barbarisque solum nominibus suis cognitae* (*quae occurrunt a pag.* 183—240.), *nec serius ab eo definitae*, Codici inseri ooo poterant. — Loci natales, ut consentaneum, in hoc libro non dati a L.

24. HORTUS UPSALIENSIS *etc.* STOCKH. 1748. 8. — Continet plantas in horto academico Upsaliensi, maxime anno 1747, cultas, fere eadem ratione ut in Spec. pl. tractatas diagnosi, synoonymis paucis selectioribus, locoque natali et descriptiunculis. Desunt solum nomina trivialia, sed additur plantis singulis observatio, culturam in hortis, Frigidariis Caldariisve, durationem etc. illustrans. *Quare permultae paragraphi plane integrae receptae sunt serius in Sp. I., ut nos quoque fere cuncias codice recipere potuissemus.* Certissimumque est, si tone jam *Spec. Pl. editae fuissent*, hunc nonnisi *catalogum*, notulis ad horti culturam spectantibus auctum, nec librum, scriptum fuisse a Linnaeo. Qualis etiam post curam nostram ille fiet.

25. MATERIA MEDICA *etc.* LIBER I. DE PLANTIS HOLM. 1749. 8. — Similis hujus libri ratio. Praeter ea, quae ad *pharmacologiam* pertinent, plantae diagnosi, synonymis singulis, vix unquam multis, et locis natalibus illustratae oxhibentur, ut in Spec. I. Quae si demas et ad Codicem referas (plerumque eadem sunt, quae in Sp. I.): supersunt ea, quae *medicorum* interesse possunt, *eaque duobus illis dissertationibus additis, quibus L. illustravit Mat. medicam a regno animali et lapideo, efficient breve compendium Materiae medicae, quale certissime scripsisset L., dummodo post annum* 1754. *eiusmodi librum edidisset.*

26. Ex collectione, AMOENITATES ACADEMICAE *etc.* a Linnaeo vocata, plures dissertationes huc pertinent, quae manifesto sistunt appendices vel *Muntissas* ad Genera plantarum (*ut* Diss. Gen. nova resp. Dassow, Gen. nova resp. Chenon) aut ad *Species* plantarum et *Systema* (*ut* Centuria plantarum I. et II., Plantae Camtschatenses *et* Pl. Africanae rariores, Pugillus Jamaicensium plantarum, Pl. Surinamenses) aut ad

singula in his Genera (*ut diss. de Erica, de Hyperico etc. magna ex parte.*) Quae adeo magna ex parte in libris systematicis Linnaei (*Codicis textum efficientibus*) receptae sunt, aeque, quominus reliquam partem inseramus, aliquid obstat. Adeo ut haec maxime dissertationes, praeter praefationes earum, comtentur a nobis in exilis momenti catalogos.

Ons. *Neutiquam inest Codici nostro* Supplementum plantarum *a Linnaeo filio anno* 1781. *additum, quod plane diversum in historia botanices litterarin periodo adnumerandum est, quamvis schedulas Linnaei patris ei edendo adhibitas esse, immo haud paucas §§. esse ut genuinas Linnaeanas prodere, iuficias ire neqaeas. Dummodo ea Filius qua par erat pietate indicasset!*

III. Adhibiti,

id est ubique comparati, ac si quid ad illustranda Codicis vegetabilia iis inesset citati, vel excerpti si quaedam in iis prioribus libris plane convenirent aut descriptiones darentur melius et commodius hoc loco in editione operum Linnaeanorum collocandae: — reliqui omnes sunt libri Linnaeani ad botanicam facientes.

Sunt in his qui maxime ad Genera Speciesque Linnaeanas explicandas valent, sed minus adhiberi solent, quom rariores sint, vel sermone vernaculo conscripti, vel hucusque nondum ab autoribus botanicis collati, ut Iter Lapponicum, Epistolae etc. — *Fragmenta quaedam ex his libris, huc pertinentia revera eiusmodi sunt, quae melius in Codice, quam alibi locum obtineant, ut v. c. descriptio Hallerina in epist. ad Hall., Hermanis in epist. ad Burm. (utraque vix a Gen. pl. textu discrepans) et similia, vel singulae illae plantarum Succicarum breves monographiae, quae in itineribus Linnaei Succicis sparsim intercurrunt.*

Maxime hoc respectu conferendi erant libri sequentes:

1. ITINERA LINNAEI. — Iter Oelandicum et Gotlandicum. Holm. 1745. — Iter Vestrogothicum. Holmiae 1747. — Iter Scanicum. Holmiae 1751. Diaria sunt Linnaei, in usum popularium edita cum observationibus oeconomicis, ethnographicis, historiam Sueciae naturalem spectantibus etc.: — omnia quidem sermone Suecico conscripta. In his hic illic, ubi rarius quoddam objectum naturale, v. c. planta autori memorabilis, inventa erat, ejus diagnosis, synonyma ac descriptio Latino plerumque sermone adduntur, licet etiam vernaculo plures plantae descriptae sint, (sed haecce plerumque fugaci calamo et brevius tantummodo). — Sparsas has descriptiones saepissime in Floris Suecicis et Speciebus Plantarum scribendis adhibuit autor, alias totas vel excerptas reddidit, alias citavit, ut lectores consulerent, alias praetermisit. Nonnullae ex his minus necessariae sunt, quia nova primariae, vel quia loci ipsi a recentioribus denuo investigati sunt: aliae contra classicae, quod plantam principalem illustrant. Itaque non potuimus, quin selectum quendam in his codice nostro aut recipiendis aut tantum commemorandis adhiberemus. Quae a nobis in Latinum e Suecico sermone versae sunt, bis linguae gnari indulgeant. — Extant itinerum supra dictorum versiones Germanicae, e quibus Schreberianae optimae fidaeque et paginis editionis Suecicae anctae, ut summa facilitate adhibeantur: minus id in reliquis locum habet. Extra Germaniam vero et Sueciam vix frequenter consuluntur. — Loci natales ex itineribus nova ad codicem, verum ad Floram Suecicam a Linnaei editore comparandi erant, id quod tum ipso saepissime fecit L., tum Wahlenbergius in sua Flora Snecica diligenter perfecit. Ibi quoque saepius dubia botanicorum Snecicorum audienda erunt; nam haud raro planta Systematis minus dubia est, quam locus la Itineribus Florave Suecica indicatus! — Similis plane ratio atque horum Itinerum, est Itineris Lapponici (*Laehesis Lapponica ed. Smith. Lond.* 1811.), diarii Linnaeani, quod partim vernaculo, partim Latino sermone conscriptum tandem aliquando a Smithio, sed pro dolor! anglico tantum sermone promulgatum est. Insunt cujuscunque generis observatiunculae a peregrinatore factae, e quibus botanicae quoque haud rarae et a nobis comparatae; sed re vera plerneque propterea minus memorabiles, quod jam in Flora Lapponica et serioribus etiam operibus a L. luculenter odhibitae sint.

ITINERA DISCIPULORUM *a Linnaeo edita, nempe Loeflingii Iter Hispanicum et Hasselquistii Iter Palaestinaam, inter opera Linnaei recensenda nova sunt, exceptis animadversionibus hic illic parcius ab editore adjectis. Neque enim unquam ea ratione, qua propria diaria, adhibuit ea in scribendis libris systematicis; verum modo citavit et hic recipienda ex iis recepit, modo vero plane praetermisit Genera Speciesve aut Observationes Discipulorum, quasi plane non existerent. Hinc v. c. plures plantae Loeflingianae hodieque incognitae sunt, et miro modo a Recentioribus neglectae, vel multo serius (v. c. a Brotero) restitutae. — Nos utrumque iter accurate contulimus, citavimus ubi citanda viderentur, atque siculi a Linnaeo quasi loci primarii laudarentur, tunc haud raro etiam excerpsimus, sed magis ut lectori placeremus, quam quod ea jure codici inserenda existimaverimus.*

2. EPISTOLAE LINNAEI permultae extant, quarum minor tantummodo pars adhuc promulgata est. Maxime in his memorabiles quae edidit Hallerus 1773. (*a Stövero recusae et a Smithia anglice*), ut quas van Hall (*epist. ined. ad Burmana. etc. Groning.* 1830.), et quas Vandelli 1788. (*recus. in Römer script. hisp.* 1796.): praeterea vero quas Smith, Lüders, Afzelius, Agardh aliique publici juris fecerunt. — Pretiosissimae omnes sunt, maximo quando rem nascentem illustrant, (*uti ea quae do Dracaena cum Vandellio egit L.*), vel quum demonstrant, quomodo alii ipsum confusum redderent (*ut in Ononide capensi*) vel corrigerent (*ut in Waehendorfia villosa*). Sed caute adhibendae sunt! *Talis enim censendus est Linnaeus, qualem sese censurae obtulit in operibus Europae traditis, nec vero qualem se privatim prodidit familiaribus colloquiis, epistolis diariisque raptim conscriptis, herbariove fallaci et mutabili.*

3. PRAELECTIONES IN ORDINES NATURALES PLANTARUM, a Linnaeo anno 1764. coram Fabricio aliisque discipulis habitae, et anno 1771. coram *Giseckio* repetitae, ab hoc viro ex utroque manuscripto editae sunt Ham-

burgi anno 1792. Permultas easque pretiosas observationes, maxime de generibus plantarum, nec vero non etiam de speciebus quibusdam continent. Tamen a nobis non frequenter excerpendae esse videbantur: partim quod ea, quae continent, omnisi ad sermonem vivum oratoris fugaci calamo e discipulis conscripta sunt, nec ab ipso Linnaeo promulgata, id quod re vera criticam earum indolem diminuit: partim vero quod opus peculiare sistunt, extra cujus nexum plurima ex iis non huc trahendo, immo leviora apparere possunt, partim etiam quia hoc opus receatius et intra botanicorum manus etiamnunc est. Praeterea etiam aegari nequit, haud pauca ab editore (*promulgante libro post 20 annos*) emendata, addita, mutataque videri, ita ut non veremur, his praelectionibus valorem criticum fere epistolis Linnaeanis aequalem — tantummodo concedere. Plerumque *citamus* illud lectori; *monemus* tamen: „*etiam in generibus, ubi non citatur, plerumque brevissimum aliquem char. specificum nojosque generis extare in his praelectionibus.*" Omnino dignissimus liber, qui consulatur ab eo, qui sententiam Linnaei de aliquo genere vel specie, quasi familiari colloquio exhibitam, cognoscere velit!

4. DISSERTATIONES LINNAEI, *in Amoenitatibus academicis collectae* ab *Ipso* et *Schrebero*, magna ex parte a nobis conferendae erant, quum plus quam 70 ex iis magis minusve ad explicandas plantas Linnaei valere possint. Quae maxime hoc pertinent et fere absorbentur Codice, supra commemoratae sunt *sub II.* 26. — Reliquae, quibus majus momentum, in *Tab. I.* nuncupatae sunt; ceterae in textu Codicis. Ubique vero *Amoenitatum* librum citamus, qui omnium in manibus est, quum *diss. originales* rarissimae sint. Tantummodo sicubi semen plantae ex eiusmodi dissertatione ortum, tunc hanc ad nomen citemus, deinceps vero unacupamus locum Amoenitatibus (*cf. v. c. Veronicam montanam fl. angl.*).

5. ACTA SOCIETATUM NOSTRATIUM, Holmensis nempe, Upsaliensis et Petropolitanae, variae Linnaei elaborationes de plantis, novitates promulgatas et additamenta ad opera systematica continent, quae ex parte conferenda cum Codicis textu, ex parte citando tantum, ex parte vero reservanda erant, usque dum Operum Linnaeanorum Editione colligi queant. Namque in his quoque plura sunt hodie quasi obscondita neque valde cum orbe terrarum communicata (*ut n. c. in Actis Holmensibus tantum Suecico et cura Kästneri Germanico sermone editis: paucis exceptis, quae latine reddidere Analecta transalpina atque Gilibertus in Fundam. bot.*).

6. *Ex* OPUSCULIS *Linnaei* vix nisi Masa Cliffortiana (cui dissertatiunculae praeter Musae monographiam plura v. c. de Scitamineorum quarundam char. genericis ad Codicem pertinentia insunt) et Disquisitio de sexo plantarum (*in Am. ac. tomo* 10. *recusa*) huc duci poterant. — Sed praeterea commemorandam omnino, quasi *Linnaeanos libros* ac teste Linnaei diario (*Egenh. Anteckningar ed. Afz.*) „*uno elaboratos*" ob eo cum autoribus esse *Groenovii Floram Virginicam Tom. I.* 1738. et *Royeni prodromum Florae Leydensis.* 1739. Quae utraque multorum plantarum inde a Linnaeo, in exordiis *Speciebus Pl.* maxime, depromptarum loeos principes exhibent: adeo ut dia dubii haeserimus, annon propter eadem Linnaei verba tamquam reliqui sub N. II. enumerati libri (*n.* 19—26.) integri conferendi essent. Sed profecto tunc etiam Sauvagesii, Gerardi, Kalmii, Osbeckii, Jacquini adeo aliorumque opera varia huc trahi simili jure potuissent, a quibus *Puter Botanices recentioris* magis minusve bona fide quaedam integra motuo sumpserit. — Quod ad *Ferberi hortum Agromoensem* 1739. attinet, qui teste eodem diario „totus Linnaei": totus ille catalogus exscriptus est ab editore ex horto Cliffortiano etc.; vix vero Linnaei opus, nec alia re memorabilis.

IV. Aliena,

i. e. aliorum auctorum opera, quibus vero auctoritas (*authenticitatem vocant*) ad explicandam Linnaei sententiam inest, adhibenda esse videbantur ad lectoris emolumentum et criticam locorum dubiorum perficiendam. — Ex his summa sane auctoritas apud autores Suecicos est, qui loca natalia plantarum a Linnaei Floris Suecicis oriundarum investigarunt. Maxima *Wahlenbergii Flora Lapponica* et *Suecica*, interdum eiusdem *Flora Upsaliensis* et *Carpatica* huc pertinent, *Friesii Flora Hallandica*, *Novitiae florae Suecicae* (Ed. II.) earumque *Mantissa*, *Wahlbergii Fl. Gothoburgensis.* — E botanicis Anglis inclytus *herbarii Linnaeani possessor Iconibus plantarum hactenus ineditis* aliquas species illustrovit, et observatiunculas de variis exhibuit in *Floris suis Brittanicis*, *Linnaeanae societatis actis*, *opusculis epistolisque Linnaeanis* ab eo editis, sparsisque aliis locis, quae forsan non omnia cognovimus. — *Linnaei filii* opera, quae vivente patre scripta sunt, dignitatem eam, quam propria fere *Patris opuscula sub II. et III. enumerata*, habeant necesse est, seriora vero auctoritatem certe Ejus, cui plerumque ante oculos fuere specimina Linnaeana. — Discipulos inter *Ehrhartus* maxime, *Schrebarus*, *Thunbergios*, *Retzius*, *Afzelius*, *Giseckius*, *Fabriciusque* ii eraot, e quibus Linnaeana sententia communicari et servari poterat. — *Raccotiorum* opera saepissime criticas controversias de plantis Linnaeanis moverunt, quas sicubi respeximus, *Willdenowii* maxime, *Schultesii*, *Sprengelii*, *Brownei*, *Decandollei*, *Reichenbachii* aliorumque opera consulentes, ea mente egimus, ut haec e Codice non aliena, lectoribus eatem grata fore existimaverimus. Quae si displiceant, alia editione lubenter omittemus. Re vera enim Codicis non est, receatiorum controversias agere, atque fidem ejus infringeremus, ubi partium studiosi existeremus. Verum ubi Linnaeana dicta factaque ab iniquis judicibus mirifice torqueri et quasi tironis hallucinationes et incertitudinis perpetuos fontes haberi vidimus, certo vindices ejus esse debuimus. Neque ei tamen vindicavimus aliud quid, nisi ut Linnaeo tribuant similem censuram paremque justitiam quam sibi quisque a posteris expetant.

CAPUT III.

APHORISMI.

1. BOTANICA RES quo magis approperat ad id fastigium, quo veterem confusionem nimia rerum novarum mole, nimioqua cognitionis et ambitu et intensitate (quam vocant) ipsa periclitetur: eo magis necesse est, certam fixamque *basin* Viri Docti sibi conservent. — Fundamentum hoc positum in Ejus Scriptoris operibus, a quo reformatio Scientiae naturalis inde a saeculi praeteritapsi media parte exorta est integra. — Linnaeo creante et diagnostice et nomenclatura botanica recentior exorta est, eoque neglecto et seposito seriora quaevis necessario vacillant et in tenebras incommodasque controversias aberrant.

2. OPERA LINNAEI cum orbe terrarum communicata fundamentum *Criticae Linnaeanae* exhibent: sola haec normam exhibere possunt ab unoquoque agnoscendam, quum cuiusque in manu sint; solis his perficiebatur illa reformatio, in nomenclatura et terminologia, unde *Autoritas Linnaeana* orienda est. Nec temere conscripta sunt illa opera, sed consulto, summo cum studio et mira probitate, et vix unquam levitate illa laborant, quae, dum alios furtim sequitur, ipsa quid voluerit, nesciat.

Obs. Opera de quibus hic sermo est, quaeque id, quod mundo communicare voluerit L., continent, maxime sunt *Systemutica illa sub Cap. II. n. I. enumerata, et quae in his citantur ex reliquis. Classis primae Tabulae I. nostrae chronologicae* i. e. opera ante Spec. I. edita, *secundariu tantum momento critico gaudent*; scilicet ut explicent plantarum species, manifeste ex his operibus illic receptas. Ceterum maximi momenti opera illa Linnaeana sunt, *Classe secunda* contenta, *ab anno* 1753 — 68. *edita.*

3. INTEGRA ET CUNCTA opera haec ad bonum et justum judicium ferendum adhibenda sunt. Ipsa sese invicem ubique explicant, supplent, emendant: posterioraque ubivis ad antecedentia respiciunt. Neque in his ultima editio reliquas tollit; etenim objecta diversa vel nova ratione contemplata, *(uti plantae novae vel exemplaria meliora, vel notae ab affinibus novis petitae)*, non subjectivae opiniones emendationes, plerumque omnibus hisce mutationibus subsunt. Praeterea vero etiam L. nusquam non priorum operum suorum respectu habito scripsit, immo saepissime ita loquutus est, ut elucescat, intelligi ab eo lectorem, qui proxime praecedentes editiones consulat, et eas novae vel novo libro conferat. Id quod quavis Codicis pag. demonstratur.

Obs. 1. Sic e. gr. in Ophioglosso scandente verba Sp. II. *„Frondes una oppositus, sed conjugatae etc."* eo pertinent, quod L. in prioribus libris ubique in diagnosi scripserit *„frondibus oppositis"*, quod tandem in Sp. II. verbo *„conjugatis"* mutaverit, rationem addens in ea observatione. Simile quid in Hordeo nodoso cf.

Obs. 2. Dubia saepe solum diversarum editionum collatione solvi queunt. Ut v. c. in *Silene inaperta.* Hanc L. in S. *X.* cum *S. parviflora* junxerat, itaque adscripserat *„Sp. pl.* 19. 21." Quum in Sp. II. rursum utramque *(sub N.* 24. 25.*)* distinxisset et inde in S. XII. *(illud. mm.)* recepisset, oblitus tamen est, in eo, quod loco manuscripti adhibuit, exemplari S. X., delere illud „19. 21.", quod propterea in S. XII. et XIII. migravit, ubi, qui praecedentia ignoret, mysticos hosce numeros sibi explicare non poterit. — Pari ratione editiones illustrant *Costum arab., Salicorniam virginicam, Boerhavias, Agrostides* et plurimas alias. — Ita explicatur, cur eam tantum, v. c. Spec. I. vel II. editionem, tanquam principem et unice consulendam, nemo proponere possit.

4. EXPLICANTUR systematica illa et autoritate Linnaeana praecipue praedita Opera 1. vaga loca in ceteris opusculis et reliquiis autoris, 2. aliorum autorum ab ipso citatorum descriptionibus, iconibus, sententiisque, 3. herbarii Linnaeani exemplaribus, 4. locis natalibus ab ipso indicatis, maxime in plantis indigenis. — Nullum ex his per se reliquis ponderosius est, sed *„in plantis Linnaeanis determinandis nec descriptioni, nec synonymis, nec herbario, nec locis unice inhaerendum, sed via eclectica procedendum." Fries Nov. p. II. et p.* 95.

5. HERBARIUM LINNAEANUM saepe fallax, patris senescentis filiisque Linnaei dubiis per quindecim et quod excurrit annos ab culmine Linnaeano obnoxium, — saepe specierum originalia non continet, vel e vivo descripta quondam, vel saepe in *Cliffortii, Gronovii, Royeni, Burmanni, Burseri aliorumque* herbariis comparenda: — eorumque loco saepe saepius forsitan fovet *serius missa ab aliis exemplaria, mala determinata (ut in Cometc surattensi)* et raptim a Linnaeis ineptiore loco seposita, — vel prorsus caret *plantis vulgaribus*, quas ob id ipsum forsan nondum collegerat et exsiccaverat herbarii possessor, vel quas aliis dono dederat originales suas, — vel earundem loco formas habitu affines (hodie vero specie distinguendas) *intercalatas* fovet, quas plantae vulgari proxime colligendae comparare voluerat, et quas ob habitum discrepantem servaverat (*at certum est in Viola hirta, Andropog. Ischaemo, Agrostide capillari aliisque herbarii Linnaeani plantis*), — in aliis contra (maxime exoticis) plantis summam et genuinam autoritatem ipsi tribuamus necesse est.

Obs. 1. *Herbaria virorum doctorum hodieque sunt eruntque semper documenta aeque summa autoritate praedita, atque horrea dubiorum, errorumque; et nimis fideliter possessoris domesticam negligentiam amicorumque infelicia studia privatu servant produntque ea posteris, saepe iniquis et Nemesin esse ignorantibus. — Etenim Herbaria „praestant* quidem

annis Icones (ut ait Linn.), *respectu possessoris, sed usui publico improviso et sine commentariolis traditæ decipiant, nec acerrimus quidem criticus capiat ipse ex subito ereptis collectionibus sui potius quam ex operibus dijudicari.*

Obs. 2. Herborinm Linnaei, cujus adornationem ipse descripsit in *Philos. bot.* et in *Schedulis* ab Afzelio editis (Egenh. Antecka. Sect. III. sub 3), mortuo *L. Filio* a matre ejus (vidua Linnaea) clam pretio 900. Liv. Sterl. venum datum est ad celeb. *J. E. Smithium*, *Banksio* et *Acrelio* juvantibus, maxime autem invito Rege Sueciae, qui fere recuperasset irreparabiles hasce collectiones, navi bellica Anglos in portum usque persecutus. Dein in ville *Norvicensi* a Smithio accuratissime servatum, ilustratumque, una cum aliis Linnaei reliquiis. [*Qua de re cf. ipsum Sm. in epist. ad Stöverum (cita Linn. tom. II. p. 140.)* — *vide etiam A. Fée (plagiarium ceteroqui Stöveri et Afzelii) in Vie de Linné. Par.* 1832. *p.* 319., — *recentius autem Smithium in Lachen. Lapp. praefat. et dedic., et Schultesium in Flora, bot. Zeit.* 1825.] — Jam vero anno 1828. pretiosam hanc collectionem 3000 Guinearum pretio a *Societate Linnaeana Londinensi* emtam esse accepimus.

Nondum Eruditis plena quaedam et peculiaris notitia de hoc herbario exhibita est ab Anglis. Singula quaedam Smithius et Brownius commemorant, quae vero dispersa variis locis et moleste conquirenda sunt. Nonnulla exemplaria Smithius descripsit et pauca depingi curavit. Ipse cum suo et Banksiano herbario Linnaeanum diligenter comparavit. Dummodo (quod in paucis certissime fecit) ubique cuncta Opera Linnaei simul adhibuisset, aut jam tum ejusmodi comparatam editionem, qualem Codex noster exhibebit, vel novam Systematis editionem, quam voluerat, publici juris fecisset egregiae Florae brit. auctor! Forsan serior aetas hujus collectionis Monographum, ubique Opera Linnaeana et criticam sanam sine partium studio respicientem, aliquando videbit.

Exemplaria hujus herbarii singula folio chartae papyraceae agglutinata extant. Nonnae adpositae sunt notulae manuscriptae neque synonyma; sed numerus tantum adscriptus numeros specierum in Spec. pl. indicat: *haud dubie editionis II., cui respondent omnes in S. XII. XIII.* Patet ex his, necessario bis a Linnaeo totum herbarium commutatam esse, sc. *una cum priore* et *una cum posteriore Specierum pl. editione*; etenim in Syst. X. XII. XIII. numeros ex his servavit. *Ante Spec. I.* certo certius alia erat forma. Forsan adeo tunc schedulas adjecerat, nomina specifica sua et synonyma necessaria continentes? quoniam ea tam saepe plane eadem, et ut videtur facillime evoluta, in variis operibus citavit? *(Ipse L. nusquam herbarii sui mutati mentionem fecit et schedula illa in Egenh. Aot., supra commemorata, videtur ante Sp. I. scripta).* — Nomina botanicorum, a quibus exemplaria missa sunt, littera singula graeca indicaverat L., quorum signorum clavem sibi paraverat Smithius.

6. LOCI NATALES a Linnaeo indicati, praesertim speciales illi in floris itineribusque Suecicis exhibiti, quod specimina principalia attinet, summi haud dubie momenti sunt et reliquis auxiliis omni modo praeferendi. *„Necesse enim est, Linnaei plantas crescere, ubi eas se legisse dicit, et nulli dubitamus, quin locus habitationis certissimam nobis praebeat ansam recuperandi ejus plantas originales, eamque multo certiorem, quam specimina incerta herbarii Linnaeani."* *Wahlb. lapp. p. XI.* — Sed de omnibus hoc non valet, et cuivis cognitum est, quomodo res comparata sit in celebrium quoque Floristarum locis natalibus. Saepe tales exorti sunt ex aliorum relatione, immo ex rumore, nec visis exemplaribus, vel ex speciminibus mancis, vel (ut persaepe in itineribus Linnaeanis) in transitu fugaci stylo notatis plantis, quae si domi investigasset, aliena cognovisset inventor, — ita ut saepe similis tantummodo plantae indicium dare possint.

Obs. Linnaeum saepe leviter definivisse plantas Suecicas quasdam (ceterum in operibus systematicis nullibi dubias) in itinere tantum visas, docent v. c. *Sonchus maritimus Diss. Fl. Rybyens.*, *Sisymbrium arenosum Fl. Suec.*, *Trifolium alpestre Faun. Suec.*, *Imula dysenterica*, *Arenaria media*, *Alopecurus paniceus* et pluro, (forsan adeo *Viola montana?*). Quare si hujusmodi loci indicati in planta jampridem a Linnaeo distincta verbis maximeque diagnosibus operum systematicorum contradicont, *(ut in Atriplice patula Diss. de herbat. Ups.)* tunc leve pondus habent, eadem cum Friesio ex singulo aliquo fit. Scanici loco natali *Ranunculum acutum („foliis cordato-oblongis acuminatis")* quaerunt in *obtusifolio* contra diagn., syn. et icones. — Forsan itaque hac in re simillima *Florae Suecicae* Linnaeanae tribuere autores Suecici; sed ex altera parte tam saepe veram justamque sententiam Linnaeanam illi explicarunt, tam saepe veterem, discipulorum usu et ipsis Linnaei verbis sanctam interpretationem contra recentiora praestigia et ex herbario petitas dubitationes restituerunt, tantopere postremum in dilucidandis non Suecicis solum, sed Europaeis plantis desudarunt: ut vix quisquam a Linnaei interpretibus palmam iis eripere possit.

7. AUTORES a Linnaeo citati non raro plantam originalem exhibent. Idque non solum in plantis *Jacquinianis*, *Loeflingianis*, *Brownianis aliisque a L. vix unquam visis* valet, verum adeo in vetustioribus quibusd. *Plumerianis*, *Sloanianis*, *Morisonianis aliisque (ut in Thalia geniculata*, *Narda Gangitide)*. Ubi principalem non exhibent illi, certe (ab magnam Linnaei probitatem in citandis autoribus) similem plantam ibi quaeras: hinc *Friesius (Novit. p. 55.)*: *„Synonymis Linnaeanis non coecе quidem fidendum, tamen non vilipendenda sunt: saltem habitum exprimunt."*

Obs. 1. Prima Linnaei opera, imprimis *Hortus Cliffortianus* et *Flora Lapponica*, nimia synonyma cumulant, quibus nec ipse ubique fiderem, aut ab aliis non mutuata esse contenderem. Sed inde ab *Horto Upsaliensi*, et maxime in *Spec. pl.*, pauca tantum eaque selecta synonyma citare solebat Linnaeus. Eaque, maxime in *S. X.*, *Sp. II.*, *S. XII.* et *Mant. I.* exhibita, prae ceteris fida et ab ipso autore collata esse existimaverim. — Ordo, quo citantur illi, valorem non exprimit, sed *Criticae bonitatem (Legib. 1737. a L. editae)* leges sequitur. Illud syn. quod maxime barbarum est, fere primarium, ubique postponitur elegantius conanti *(ut in Amomo Cardamomo, ubi inde error Willdenowii)*. — In vulgaribus plantis Spec. pl., Bonbinianum synonymo tantum citavit L., quae, tunc tempore apud omnes usitata, *trivialibus* suis *nominibus* exterminavit. Eaque re contemporaneis indicavit, velle sese hanc illamve diu cognitam plantam novo nomine comprehendere *(cujus affines hodie a nobis distinctas tanquam varietates subsumpsit vel plane ignoravit)* eodemque modo nonc quoque sana ratio nae species Linnaeanas interpreteri jubet.

Obs. 2. *Bene igitur, qui ex summis Linnaei criticis:* „Opera Linnaeana, — *„nil,* —" sine collatione antecessorum et coetaneorum, — haud rite intelliguntur. Immortalis Vir et Sueciae decus ipse Antecessorum studia non tollere, sed perficere voluit." — — *Sed etiam* „Reformatio Linnaei emanans a philosophico intuitu, cujus vim multi coaetaneorum non perpexerunt, in generalibus nunquam satis celebrari potest, sed in singularibus permulta vera et egregia periisse, ut in omni reformatione fit, non dissitendum." *(Friese Nov. p. VI. VII.).*

8. TEXTUS LINNAEANUS, *ubicunque id fieri potest, nec ipsa verba vetant (ut in Alopecuro paniceo, Oenanthe Chaerlers)*, ita semper interpretandus est, ac si ubivis unam eandemque plantam intellexerit autor. — Suadet viri indoles, qui nequaquam is erat, qui sententiam frequenter mutaret aut duo

diversa objecta uno eodemque et triviali et specifico nomine diceret; — suadet praeterea ipsa horum *specificorum* (s. *diagnosticorum*) *nominum* ratio, quae ad vitandas confusiones aptissima Linnaeus ubique commendabat, quae aliis omnibus praeferebat, et quibus manifesto invitus et necessitati cedens *nomina trivialia* adjecit. — *Concedendum* contra est, virum contrahendi potius, quam discernendi studio in re botanica faventem saepissime *subsumpsisse* formas pristinae cuidam affines ac similes, serius allatas vel in itinere visas aut ex autoribus tantum ei cognitas, ne specierum numerum augeret. Id quod hodieque ab ipsis celeberrimis et summa autoritate praeditis botanicis fieri solet. Sed tunc quoque *unam formam primariam menti ejus obversatam esse sana critice statuat necesse est*, licet hoc vel illud synonymum, haec vel illa serius adjecta observatio forsan propterea excludenda sint.

Obs. 1. *Similiter Friesius (Nov. p. 40.).* „Facile largior, Linnaeum (cui non ubique subtiles et strictiores limites et differentias eruere licuit immensus studiorum ambitus, indeque in generibus intricatissimis habituales differentias praecipue proposuit) peregrinas plantas sub eod. nomine cum Suecica comprehendi potuisse, cum idem ab accuratissimis nostri aevi Botanicis factum vidimus; verum *nostram est, ejus optimam et primariam formam eruere, ejusque species*, ut ipse si tutor vivus esset, interpretari."

Obs. 2. *„Linnaeus taxum sui aevi, at saepe nostri, species determinandi genium perspiciens, omnia e novo construxit; (et quis non miretur, eum in his tam multa et eximia praestitisse?), — ubi vero differentias non vite perspexit, ipse, in litteris ad Hallerum, fatetur, se diversas species conjungere, quam varietates distinguere malle. Hinc, ubi species Linnaeanae collectivae sunt, — via nequeat procedendum." (Fries Nov. p. 94.)*

9. ERRORES LINNAEANI non studiose conquirendi et proclamandi sunt, ubi ipse serius sese emendaverit et ad certitudinem pervenerit (*ut in Rumice acuto, Antholyza Cunonia*), vel ubi nos plures quam ille formas distinguere didicimus. — Nec re vera, nisi textui mutatio ejusmodi inest, diversas plantas diversis editionibus inteliectas existimare fas est. *Confusiones illas Linnaeanae, quas vocant, phantomata mera plerumque sunt, a quibus deterreri nolimus.*

Obs. 1. „Linnaeus controversiis ... multis modis ansam dedit. Non is sum, qui metuam, examen integrum criticum laudibus Linnaei immortalibus aliquid detrahere, quamquam exinde facile patet, species ipsi in *generibus* ob specierum multarum habitu consimilium affinitatem *intricatissima* non semper fuisse *fixe* determinatas s. acute limitatas; aliam alterius loco successu temporis substitutam (ut in Rosa pimpinellif., Eglanteria, Rumicibus); synonyma et definitiones ad diversas species spectare; immo ipsum aliam definira plantam, quam revera, *memoria* at *habitu fidens*, indicare voluit." *(Fries Nov. p. 94.)* — *Ex altera vero parte probe tenendum, id in paucissimis tantum statuendum esse, et quantum fieri possit, quodvis aliud potius critices auxilium, illucsa quidem veritate, adhibendum esse.*

Obs. 2. *Injuste et plane absque ratione saepe confusiones Linnaeo tribuebant ipsi confusi scriptores: easque avide propagare solebant novorum nominum studiosi botanici. — Ita Baltatam nigram, nullo loco dubiam apud L., in Sp. I. aliam quam in Sp. II. intelligi autumavit Smithius, licet toto §. integra hinc recuso sit, solum additis verbis „cal. acaminatis," quae logice et diagnostice adeli jubebant, quaeque ipsissima, si opus esset, indicarent, quamnam nativa plantam habuerit Linnaeus. Causa vero reprehensionis in eo posita, quod ipse Smithius in Engl. bot. falsam B. nigrem pinxerit, erroremque Linnaei incusare moluit. — B. alba vero in Fl. S. II. „cal. truncatis" distincta optimeque descripta est, eaque tota §. e Fl. S. in Sp. II. immutata migravit. Jam Friesius, contra diagnosin, contra syn., contra locum natalem a recentioribus probatum, B. albam Fl. S. pro var. albiflora B. vulgaris (cui ipse cal. subulatu-aristatos tribuit), B. albam Sp. pt. vero (i. e. eandem plantam) pro var. albiflora B. fastidae (cal. rotundato-dilatatis) exhibet? — Aliud exemplar indubii critici in Carice laporiana L. vituperavit Wahlenbergius:* „Haec in sylvatica parte crescit, ubi Linnaeus ipse suam C. laporianam legit: sequens species autem in solis alpibus occurrit, ubi se nunquam eam vidisse praedicat. Exinde ut in herbario Burseriano certissimam fit, quod haec ipsa Linnaei originalis est; alia minus, nulla mihi adest ratio, repudiandi *certum* plantam e Flora Suecica, et quaerendi *incertam* e Flora Lapponica. Estne id umbram quaerere? *Num in prima adolescentia ipse suas plantas fixe determinatas habuit? Cur non melius pro certo accipere id, quod sub virili aetate certum determinavit?* praecipue Florae Suecicae plantas, *et repudiandum nimimodo confusiones, quas senex introduxit?" Wahlenb. lapp. p. 226-9.* — Eadem ratio *erat in Custa arabica (ubi nonnisi syn. Jocquini, unu inspecta tabula ta Sp. II. additam, delendum est), Agrostide stuloniferu et capillari alliisque. Perinde adeo Succici autores hodie magis dubii sunt ipso Linnaeo, ut in Bromo racemoso, Chenopodio viridi, Veronica maritima, Alismate natante, Arenaria media, Galio ochroleuco, Rumicibus, Cerastio.*

Obs. 3. Linnaeus [*qui dum propriae mentis indolem depingit, ipse fatetur: „Incepta opera ad finem perduxit nec in opere respexit"*] tardus erat in *corrigendis erroribus suis*, et saepe in illa ad terminos vitae perseveravit *(ut in Carice altgiauna).* — Ubi vero sese correxit, ibi tacite tantum mutavit mutando, raro ipse id indicans. [Forsan tirones a Systemate deterrere noluit crebrius indicatis correctionibus, gnarus autem et peritos ea prioribus libris inspectis inventuros esse existimavit.] Hinc permulta ipsius synonyma hodieque dubia sunt, maxime ex prioribus operibus, et permulta ab iis botanicis ignorantur, qui unicam editionem sequi solent. Interdum adeo diagnosis ex nova specimine vel nova icone mutata est, — non semper bene, ut in Ononide Cherleri, Amomo Cardamomo. — Eaque res maxime videtur expetere editionem comparatam et editionum discrepantia instructam.

10. OMISIT Linnaeus e propriis pauca genera *(de quibus egimus Cap. II. sub I. 1-18.)* et plures species: — ex horto Cliffortiano multas (83, e *quibus plurimas interpretari potuimus)*, item ex Fl. Zeyl. (197, e *quibus tamen plurimae erant ipsi incognitae*), singulas e Vir. Cliff., Hort. Ups. etc. In Suecicis plantis magis sibimet ipsi confisus (*testatur Carex ulig.!*), pauca tantum serius omisit, exceptis Fungis 28, et duobus Lithophytis; ex ipsa Flora Lapponica dubiae sunt 6 vel septem. — Adeo ipse, ut in Ophr. lilifolia, plantae olim descriptae: „*non memini*" adscripsit in Sp. pl. — Sed quod e Sp. I. quoque, et maxime e S. X., tot species (hodie a botanicis ignoratas, immo praetervisas) omiserit, ipsi mirati sumus. E quibus multae *bonae* sunt, et ex parte serius restitutae, ut *Atragene sibirica, Mesembr. aureum, Bombax religiosa, Phlomis italica, Ononis arvensis et pusilla, Alnus incana, Mentha verticillata* etc.; — aliae non explicandae, ut *Phyllis indica, Barreria, Teucrium Pseudochamaepitys, Ixia alba, Panicum cynosuroides* et *repens*; — aliis vitium tacite correctum subest, ut in *Mimosa purpurea S. X., quae Gladitsia* est, *Anagallis capensi, quae Pauderota.*

Obs. Linnaeus longe *plures*, quam systematicis operibus proposuit, plantas *cognoverat*, aliena cautissime tantum recipiens. Ita v. c. in epistolis ad Burmannum multas species Burmannianas hodie minus cognitas citavit, et in diss. de herbario Amboi-

sensi genera Casuarinae, Pandani al. commemoravit Rumphiana, quae ipse nondum recipere. Ita in itineribus etiam una aliave Bauhiniana vel similis species commemoratur, quae post Linnaeum tantum civitatis jura adepta est! Hic illic ejusmodi plantas in Specibus plantarum allegavit conferendas *(ut in Rata grav.: „Cf. Rata sylvestr. minor Bauh. etc.")*.

11. **NOMINA TRIVIALIA** Linnaeus proposuit in Spec. Pl. editione I.: coactus necessitate, ut videtur. Sensim enim sensimque in itineribus suis, a specificis (diagnosticis) nominibus suis, tantopere antea commendatis, ad Bauhiniana redit, eaque compendiose proponit, ita ut plane referant seriora illa nomina trivialia. Exemplo sint *Hyacinthus botryoides*, *Fumaria bulbosa*, *Narcissus luteus*, *Corona imperialis*, *Primula lutea* ex *It. Osl.*, *Viola palustris*, *Osmunda regalis*, *Lichen geographicus*, *Cynosurus coeruleus*, *Aira coerulea*, *Primula minor*, *Brassica perfoliata*, *Dianthus scanensis*, *Myagrum monospermum* et alia innumera ex *It. Scan.* — Ubi igitur ejusmodi nomina memoriae melius inhaerentia in itineribus et excursionibus vitari non posse viderat, sancienda quaedam esse intellexit, ne nimis multa orirentur (*qua de re vide praef. Spec. pl. Cod. p.* 13.) — Inde igitur ea derivanda sunt omnia; quae vero ante Sp. I. adhibita, iudihrla nec sancta sunt, soni, neque nomina. *(Cf. supra Cap. I. §. 20. 2.)*

Obs. 1. Nomina haec utplurimum ex Bauhinianis aut aliis illo tempore vulgaribus synonymis efformata saepe quidem optima esse sunt. Ipse Linnaeus ea initio levitate quadam dedit ei adhibuit, *(hinc saepe falso citantur in Diss. v. c. de herb. Amb.)* Sed nisi haec servemus, quae usu sancta et primaria sunt, quid obstet quominus in posterum omnia commutentur a neologis? — *Quare ego quoque „non video cur multi nomina Linnaeana certa, ubi ab aliis commutato* (s. perperam adhibita) *sint, abdere velint, et nova substituere. Num error veritatem tollit?" (Fries . ov. p.* 40.)

Obs. 2. Inutilis synonyma Linnaeana ea sunt, quae v. c. ex una alterove loco natali dissertationum de herborationibus Upsaliensibus, flora Rybyensi etc. fingustur. — Mala ea sunt, quibus opera adscribuntur ejus periodi, qua nondum data erant nomina trivialia *(v. c. „Rumex acutus It. Scan.": cf. supra Cap. I. §. 20. obs. 2.)* — a qua consuetudine Wahlenbergium Friesiumque non abstinuisse, jure dolendum est. — Optime trivialí nomini Linnaeano illud opus adjicitur, ubi nomen *primo* datum est. *(nisi quandoque critica refert)*: vel statui etiam posset editio singula, v. c. Spec. I., quae princeps valeat, ita ut solum „*Linn.*" additum haec significet, reliquae vero semper adscribendae sint. — *Sed haec Viris Doctis perpendenda relinquimus.*

12. **PERIODOS** Critice Linnaeana sequentes commode distinguera poterit: 1. Linnaeanam primam ante Species I. editas, — 2. Linnaeanam alteram a Spec. I. ad S. XII. perfectum, — 3. Decremantum Linnaei, — 4. Filii discipulorumque aevum, — 5. Smithium ejusque pedisequos, — 6. Suecicae interpretes recentiores. — Quos jam sequeretur aecessa erat 7. eclectica periodus, cunctis sine discrimine auxiliis ad justam stabilemque operum Linnaeanorum interpretationem usura. — E quibus auxiliis jam maxime necessarium erat: Textus operum editionumque comparatus et digestus, quem Codice hoc Botanicis exhibere conati sumus. Ac spes est, fore ut, quibus „*scire, non haliucinari*" curae cordique est, benevole eum accipiant.

TAB. I.

CONSPECTUS CHRONOLOGICUS

OPERUM PRAECIPUE ADHIBITORUM LINNAEANORUM,

ADDITIS ABBREVIATIONIBUS NOSTRIS.

* PERIODUS I.: *ante nomina trivialia.*

			Abbreviatio.
Systema Naturae. Edit. I.	1735.	August. eeq.	*S. I.*
Musa Cliffortiana.	1736.	fine anni	*Mus. cliff.*
Genera plantarum. Edit. I.	1737.	init. anni	*G. I.*
Flora Lapponica.	1737.	April.	*Fl. lapp.*
Hortus Cliffortianus.	1737.	Apr. — Jun.	*H. cliff.*
Viridarium Cliffortianum.	1737.	Jun. — Oct.	*Vir. cl.*
Corollarium generum plant.	1737.	Oct.	*Cor. gen.*
Methodus sexualis.	1737 (simul)		*Meth. sex.*
Classes plantarum.	1738.	Jan.	*Class. pl.*
(Gronovii flora Virgin. Tom. I. „una cum L. elaborat."	1739.	init.	*Gron. virg.*)
(van Royen prodromus florae Leydensis. „una cum Lin. elaboratus	1740.		*Roy. lugd.*)
Systema naturae. Ed. II.	1740.	Mai	*S. II.*
Genera plantar. Ed. II.	1742.	init.	*G. II.*
Diss. de Ficu (Am. ac. 1. n. 2.)	1744.	Sept.	*Diss. de Ficu.*
Flora Succica. (Ed. I.)	1745.	aestate	*Fl. S. I.*
Oeländska och Gothländska Resa	1745 (simul)		*It. oel., It. gotl.*
Diss. de plantis Martino-Burserianis	1745.	Dec. 12.	*pl. Mart. Burs.*
Diss. de Passiflora	1745.	Dec. 18.	*Diss. Passif.*
Diss. de Acrosticho	1745.	Dec. 23.	*Diss. Acrost.*
Wästgöthka Resa	1747.	Apr., Mai	*It. vestg.*
Diss. nova plantar. genera resp. Dassow	1747.	Juni	*Diss. Dassow.*
Flora Zeylanica	1747.	simul	*Fl. zeyl.*
Hortus Upsaliensis	1748.	init. anni	*H. ups.*
Systema naturae. Ed. VI.	1748.	Aug.	*S. VI.*
Materia medica	1749.	init.	*Mat. med.*
Amoenitates academicae Vol. I. (diss. annor. 1743—8.)	1749.	autumn.	*Am. ac. 1.*
Diss. plantae Camtschatenses rariores	1750.	Dec.	*Diss. pl. Camts.*
Skånska Resa	1751.	Mart.	*It. scan.*
Diss. nova plantar. genera resp. Chenon	1751.	Oct.	*Diss. Chenon.*
Amoenit. academicae. Vol. 2. (diss. annor. 1748—52.)	1751.	Nov.	*Am. ac. 2.*
Diss. de plantis hybridis	1751.	Nov. 23.	*Diss. pl. hybr.*
Diss. de Euphorbia	1752.	Mai	*Diss. de Euph.*

* PERIODUS II.: *post introducta nom. trivialia.*

Species Plantarum. Edit. I.	1753.	Mai et Aug.	*Sp. I.*
Diss. herbarium Amboinense	1754.	Mai	*Diss. hb. Amb.*
Genera plantarum. Edit. V.	1754.	Aug.	*G. V.*
Diss. *Centuria plantarum* (prima)	1755.	Febr.	*Cent. I.*
Flora Succica. Edit. II.	1755.	Oct.	*Fl. S. II.*
Diss. Flora Palaestina	1756.	Mart.	*Fl. palaest.*
Diss. *Centuria plantar.* altera	1756.	Jun.	*Cent. II.*
Amoenit. academicae. Vol. 3. (diss. annor. 1751—3.)	1756.	Sept.	*Am. ac. 3.*
Diss. de Buxbaumia	1757.	Jun.	*Diss. Buxb.*
F. Hasselquistii iter Palaestinum (ed. Linn.)	1757.	Jun.	*Hasslq. it.*
Diss. de Spigelia anthelmia	1758.	Mart.	*Diss. de Spig.*
P. Loeflingii iter Hispanicum (ed. Linn.)	1758.	fine anni	*Loefl. it.*
Systema Naturae. Ed. X., *tom. 2. Vegetab.*	1759.	Maj., Jun.	*S. X.*
Amoenit. academicae. Vol. 4. (diss. annor. 1753—7.)	1759.	Nov.	*Am. ac. 4.*
Diss. pugillus Jamnicensium plantar.	1759.	Dec.	*Pugill. jam.*
Diss. plantae Africanae rariores	1760.	Mai.	*Pl. afr.*

Amoenitates academicae Vol. 5. (diss. annor. 1757—9.)	1760. Sept.	*Am. ac.* 5.
Novitiae florae Suec. (Fauna Suec. II. append.)	1761.	*Faun. S. II.*
Diss. de planta Alstroemeria	1762. Jun.	*Diss. pl. Alstr.*
Species plantarum. Ed. II. Vol. 1. p. 1—784.	1762. Sept.	*Sp. II.*
Diss. de Raphania	1763. Mai.	*Diss. Raph.*
Species plantarum. Ed. II. Vol. 2. p. 785.— fin.	1763. Jul.	*Sp. II.*
Amoenit. academicae. Vol. 6. (diss. annor. 1759—63.)	1763. Oct.	*Am. ac.* 6.
Genera plantarum. Ed. VI.	1764. Jun.	*G. VI.*
Diss. Opobalsamum declaratum	1764. Dec.	*Diss. de Opob.*
Diss. Fundamenta Agrostographiae	1767. Jun.	*Fund. Agr.*
Mantissa plantarum *(prima)* p. 1—142.	1767. Oct.	*Mant. I., M. I.*
Systema naturae. Ed. XII. Tom. 2. Veget.	1767. Oct.	*S. XII.*
Diss. rariora Norvegiae	1768. Febr.	*Rar. Norv.*
Systema nat. Ed. XII. Tomi 3. appendix	1768. Sept.	*S. XII. t.* 3. *app.*
Amoenit. academicae. Vol. 7. (diss. annor. 1763—8.)	1768. Dec.	*Am. ac.* 7.

* PERIODUS III.: *post calmen Linnaei.*

Diss. de Erica	1770. Dec.	*Diss. Eric.*
Diss. Pandora et flora Rybyensis	1771. Juni	*Diss. fl. Ryb.*
Mantissa plantarum altera. p. 143—584.	1771. Oct.	*Mant. II., M. II.*
Diss. Fraga vesca	1772. Mai	*Diss. de Frag.*
Systema vegetabilium. Ed. XIII. cur. *Murray.*	1774. Vere	*S. XIII.*
Diss. planta Cimicifuga	1774. Sept.	*Diss. Cimic.*
Diss. de Maro	1774. Dec. 3.	*Diss. Mar.*
Diss. de Viola Ipecacuanha	1774. Dec. 16.	*Diss. de Ipec.*
Diss. plantae Surinamenses.	1775. Jun.	*Pl. Surin.*
Diss. de Planta Aphyteia	1776. Jun.	*Pl. Aphyt.*
Diss. de Hyperico	1776. Nov.	*Diss. de Hyp.*

* *Scripta Actis periodicis inserta.*

Acta litteraria Sueciae (Upsal.)	1732—50.	*Act. ups.*
Acta nova — — — —	1773.	*Act. ups. nov.*
K. svensk Akad. Handlinger. (Stockh.)	1739—70.	*Act. holm.*
Nova commentarii Acad. sc. imp. Petropolit.	(1758—9.) 1761.	*Act. petrop.*

* *Posthuma et Linnaei Filii opera.*

Linn. fil. Plant. rariorum h. Ups. Decas I.	1762.	*Linn. fil. Dec.*
— — — — — Decas II.	1763.	*Linn. fil. Dec. II.*
— — Fascicul. I. pl. rar. h. Ups.	1767.	*Linn. fil. fasc.*
(Linnaei patris) Epistolae ad *Hallerum*	1774.	*Ep. ad Hall.*
(Linn. fil. et patris) Supplement. plantarum	1781.	*Suppl. pl.*
Amoen. ac. Vol. 8-10. *cur. Schreber*	1785-90.	*Am. ac.* 8. 9. 10.
Flora Lapponica. Edit. Smith.	1792.	*Fl. lapp. II.*
Stöver collectio epistolar. Linn.	1792.	*Epist. ed Stöv.*
Praelectiones in ordines naturales (habitae a Linn. 1768. et 1771. aestate) *ed. Giseke*	1792.	*Prael. ed. Gis.*
Epistolae ad Vandellium (in Römer script. hisp. etc.)	1796.	*Röm. script. hisp.*
Lachesis Lapponica. ed. Smith. (Diarium Linn. in itin. 1732—3. scriptum)	1811.	*Lach. lapp.*
Smith Select. of a corresp. of Linnaeus etc.	1821.	*Epist. ed. Sm.*
Linnaei Autobiographia ed. *Afzelius*	1823.	*Egenh. Aut. ed. Afz.*
Epistolae ed. *Lüders*	1829.	*Epist. ed. Lüd.*
— ad Burmann. ed. van *Hall.*	1830.	*Ep. ed. v. Hall.*

TAB. II.

EXPLICATIO SIGNORUM

HUJUS EDITIONIS PECULIARIUM.

* significat *genus e planta* viva *descriptum* in ea editione, cui praefixum est. Oritur ab ipso Linnaeo. — (Praeterea *Asterisci* nonnunquam a L. ad divisiones et subdivisiones adhibentur, et ad plantas anomalas in Conspectubus Generum).

※ — *genus e specimine* exsiccato *descriptum.* (A nobis loco Linnaeani †. adhibitum, vide praefat. Cap. I. §. 28. nbs. 1.).

† — *speciem dubiam.* (Si in parenthesi cum libro citato: illic pro dubia declaratur.) Signum Linnaeanum est.

♄. ♃. ♂. ☉. ♀. ☿. signa *vulgaria botanicis*, a nobis eodem modo adhibentur. Item in reliquis botanicorum abbreviationibus et signis!

☞. significat *deest.* Huic signo citatus additur liber, in quo aliquid deest: v. c. „☞. S. X." i. e. „deest hoc verbum vel haec phrasis *(litteris discrepantibus insignio, quibus saepe insuper lineola praefixo!)* in Syst. nat. ed. Xma."

a. a. — *additis addendis.*

e. e. — emendatis emendandis.

o. o. — omissis omittendis, *et sic porro.*

t. e. — *terminis emendatis* diagnosium vel descriptionum in aliquo citato opere. His litteris cavimus, ne levissimae quaevis mutationes terminorum technicorum, sensim ab Linnaeo excultorum, recipiendae essent in Codice. Ipse L., eos plerumque tacite mutavit. *(Cf. praef. Cap. I. §. 31.)*

R. — interdum nostris observationibus addimus, ut melius a textu distinguantur. *Ceterum id litteris cursivis per se manifestum.*

Litterae rectae: textus Linnaeanus: *Nostra verba semper et ubique litteris cursivis expressa.*

Litteras cursivas: Linnaeana et Nostra. Ceterum promiscue adhibitae sequentium ratione.

Litterae distantes: *coniunctae* et rectae: varias additiones, mutationes, omissionesve variarum editionum significant. *Cf. Cap. I. §. 12.* — Contrarium nobis placuit in brevibus illis *Characteribus specificis generum* (e S. VI — XIII. sumptis): ibi textus ad lectorem sublevandum *distantibus*, variationes autem saepe *non distantibus* litteris excusae sunt.

..... Puncta *post citatum aliquod addita*, sequente uno alterove verbo et nova citatione: significant, antecedentia nunquam congruere in utroque libro, sed in posteriore unum alterumve vocabulum additum esse. *(Cf. Praef. Cap. I. §. 12. 5.).* In locis natalibus puncta illa Linnaeana sunt, et illum incognitum esse indicant.

— Lineis *vulgari modo ad discernendum textum utimur, ubicunque veremur, dubia lectoribus otioquis evasuro.*

[ ] rectas parentheses *nostrae ubique sunt* (curvae et nostrae sunt et Autoris). Ubi illae, citationem includentes, in dextra parte lineae *semper* sequentur, v. c. ..... [*Sp. I. II.*] .... tunc tota §. praecedens in libro, v. c. Spec. pl. ed. I. et II. convenit (praeter ea, quae discrepantibus litteris excusa sunt). Valet hoc imprimis de synonymis, locis nat. observationibusque post diagnosin speciei alicujus obviis in Sp. I. et II. vel Mantissis. *Cf. Praef. Cap. I. §. 23.*

Numeri et specierum et generum nevi et nostri sunt, ob inextricabilem numerorum Linnaeanorum confusionem: quos si retinuissemus, nec citari Codex noster nisi per paginas, nec evolvi *secundum Conspectus singulum genus* potuisset.

Reliqua *hic non explicata partim* Conspectus chronologicus *operum Linnaeanorum* Tab. I. *additus explicat, partim usus inter botanicos hodie vulgaris.*

PRAEFATIONES LINNAEANAE.

Opera JEHOVAE magna!
exposita omnibus qui delectantur illis,
gloriosum ut decorum opus Ejus! (David.)
(S. X. XII.)

OBSERVATIONES
IN
REGNUM VEGETABILE [1]).

1. Omnem Plantam Fructificatione gaudere, docet in majoribus oculo autopsia; in minoribus: Filicibus, Muscis, Algis et fungos ocnlus armatus, et testantur Michelii aliorumque observationes; nec ullam unquam Plantarum speciem Fructificatione carere posse, patet consideranti analogiam, usum, finem, structuram, creationem harum. Reliquae autem Plantarum partes in multis deficiunt, ut Radix, Caulis, Folia, Fulcra; et tamen Vegetabilia sunt, uti Viscus, Lemna, Cuscuta, Tulipa.

2. Fundamentum Botanicae consistit in Plantarum Divisione et Denominatione Systematica, Generica, et Specifica.

3. Botanicis paucissimis debetur nitor et certitudo Scientiae, idque praecipue Auctoribus Systematicis, quorum exempla sequendo debemus continuare, excolere, ac perficere Divisionem Plantarum Systematicam (*vid.* §. 2).

4. Systematica Divisio Plantarum (*vid.* §. 3), pro fundamento assumere debet partem harum primariam; ergo Fructificationem (§. 1), quam unicum esse Botanices fundamentum Systematicum confirmat Natura, adeoque pro absoluto fundamento demonstrari potest. Hinc recepta fuit a summis Systematicis, Botanices Fulcris et Conditoribus: Caesalpino, Morisono, Hermanno, Boerhaavio, Rajo, Rivino, Knautiis, Ruppio, Tournefortio, Plumtero [2]), Dillenio, Michelio, Magnolio, Vaillantio, Scheuchzero, *Royeno, Gronovio, Burmanno, Hallero, Jussieuis (S. II. sq.)*, J. Gesnero, Gmelino, Gulttardo *(S. VI.)*.

5. Fructificationis Partus Universales duos: *Flos* et *Fructus*: Particulares vero septem sunt, cum suis speciebus

I. *Flos*. 1. *Calyx*. (Species 6: Perianthium, Involucrum: Amentum, Spatha, Gluma, Calyptra.) — 2. *Corolla*. (Spec. 2: Petalum, Nectarium.) — 3. *Stamina*. (Partes 2: Filamentum, Anthera [3]).) — 4) *Pistillum*. (Part. 3: Germen, Stylus, Stigma [4]).)

II. *Fructus*. 5. *Pericarpium*. (Spec. 9: Capsula, Conceptaculum, Siliqua, Legumen, Nux, Drupa, Pomum, Bacca, Strobilus.) — 6) *Semina*. (Partes 2: Seminulum, Corona) [5] — 7) *Receptaculum*. (Spec. 3: floris, fructus, fructificationis.) —

6. Essentia Staminis consistit in Anthera, Pistilli in Stigmate ergo *Floris* in Stamine et Pistillo; *Fructus* in Semine ergo Fructificationis in Flore et Fructu; *Plantae* in Fructificatione; hinc Anthera, Stigma, Semen partes essentiales Fructificationis, imo totius plantae.

7. Cum omnis Planta gaudeat Fructificatione (§. 1): cum Semen omne antecedat Flos; cum Floris essentia in Anthera et Stigmate (§. 6) consistat: patet a priori (§. 1 — 7) Robur systematis Sexualis [6]).

8. Antheras et Stigmata (§. 7) constituere Sexum Plantarum, a Palmicolis, Millingtono (*S. S. I.*), Graewio, Rajo, Camerario, Geoffredo (*Geoffroy S. II*), Morlando, Vaillantio, Blairio, Jussieuio, Bradleyo, Royeno, Logano (*S. S. I.*) etc. detectum, descriptum at pro infallibili assumtum: nec ullum, apertis oculis considerantem cujuscunque plantae Flores, latere potest, quod demonstratum In Sponsalibus plantarum Ups. 1746. quarto. *(S. VI.)* [7])

9. *Antherae* (5) sunt organa genitalia Mascula, quae cum Farinam suam genitalem *Stigmati* (§. 5), genitali Femineo, inspergunt, fit *Fecundatio*; quam probant Observationes, Experimenta, Analogia, Anatomia, Antecedentia, Consequentia, Usus.

10. Flores itaque (§. 9), qui Antheras habent, Masculi; qui Stigmata, Femorei; qui utraque simul, Hermaphroditi dicuntur.

11. Planta, quae Floribus Masculis (10) gaudet, Mas; quae Femineis (§. 10), Femina; quae utrisque, Androgyna; quae Hermaphroditis, Harmaphroditta; quaeque Hermaphroditis et simul aut Masculis aut Femineis, Polygama *(Hybrida S. I. II.)* dicitur.

12. Nullum Systema Plantarum Naturale, licet unum vel alterum propius accedat, adhuc dum constructum est; nec ego hoc Systema quoddam Naturale contendo *(Fragmenta ejus in Classibus plantarum dedi, S VI)*; neque Naturale construi potuit, antequam omnia, ad nostrum Systema pertinentia, notissima stant. Interim tamen Systemata artificialia, defectu Naturalis, omnino necessaria sunt.

13. Nulla Methodus Botanica, a Fructificatione Systematice desumta, adhuc constructa est, quae non maximam praebuit utilitatem; nec nocuit ulla unquam, nisi quatenus ea assumtis principiis genera naturalia contra naturam dilaceravit; quod Nos scientes volentesve non commisimus.

14. Genus omne est naturale, in ipso primordio tale creatum: hinc pro lubitu et secundum cujuscunque theoriam non proterva discindendum, aut conglutinandum est.

15. Nomina Generica male constructa, quaeque confusionem pariunt, Synonymis Veterum melioribus (paucis novis a me confectis) asignivi *(Multa tamen adhuc minus congrua restant. S. I.)*

16. Nominum receptissimorum permutationem, maximam parere difficultatem, exercitatis diu in arte Viris, in confesso est: hinc non mutari deberent si multitudo errantium errori pareret patro

---

1) *Obs. Haec Introductio in S. I. p. 7., II 2. 64. sq. et VI p 235. sq., paucis exceptis plane eadem.*

2) *Ex S. I.:* Sloanaeus et Feuillaeus *♂.*

3) „(Apex vulgo)" *S. I.*

4) „Summitas)" *S I.*

5) Floccus, *praeterea in S. I.*

6) *Obs.:* §. 6. 7. *breviss in S. I.*

7) — licet hic ob angustiam loci explicari nequeat Negarique nostro tempore via ab ullo alio nisi a soto Pontederа (*S I.*)

cinium. Nequo auctor sum, ut ad mentem meam seniores Botanici mutent nomina; veniet tandem serus dies, quo nova et nostris accuratior Gens, per ordinem successionis aetatum, surgat, quam spondeo meam consideraturam fore theoriam, nominaque illa saepius absurda, praecipue specifica expungat, de quibus in *Critica Botanica* plura dixi.

17. Methodum meam difficultatem parere nimiam, hariolor Botanicos jam dicere, ad examinandas nempe partes has minimas Floris, vix nudis oculis conspicuas. Respondeo: quod si Microscopium, instrumentum maxime necessarium, quivis Curiosus secum habeat, quid plus opus? Ego tamen examinavi hos fere omnes Plantarum Flores nudo oculo, absque omni Microscopiorum usu. Ultima tamen Classis videtur a Creatore veluti excisa a theoria Staminum, adeoque secundum numerum non descripsi; negat enim Natura conjunctionem harum secundum Stamina; videsis Micheliі opera.

18. Ne ordines nimis longi adeoque difficiliores evaderent, eos subdivisionibus auxiliaribus a Fructificatione dispescui. Inter hos notabilis maxime est Pentandria Digynia, ubi plantae *Gymnodispermae (Ø. S. I.)* seu *Umbellatae* recensentur, quas secundum methodum a Petro Artedio in Umbelliferis excogitatam disposui; Fundamentum has distinguendi desumsit ab involucro Umbellae, Umbellasque omnes in tres ordines disposuit: Ima continet plantas Umbellatas, quae involucro omni carent: 2da, quae involucro ad Umbellas tantum partiales gaudent: 3tia, quae involucro ad Umbellas universales et partiales instruuntur; quae Methodus in hac familia reliquis palmam praeripit.

19. Virus Vegetabilium a Botanico, qua talis, dijudicantur secundum theoriam Artis et Sensuum; hinc, qui utriusque signa intelligit, ille verum scit vires plantarum. — Plantae quaecunque Classe Naturali, adhuc magis Ordine N., sed maxime Genere N. conveniunt, etiam viribus propius accedent, ex. gr.: Triandria Digynia seu *Gramina*, fulla armentis et jumentis lacta pascua; semina minora avibus, majora hominibus vulgatissimo sunt esculenta; — Tetrandria Monogynia seu *Stellatae Rj.*, Adstringentes sunt, diureticae vulgo dicuntur; Pentandria Monogynia, seu *Asperifoliae Rj.*, Adstringentes, glutinosae et vulnerariae sunt: — — *Monopetalae Baccifferae*, maximam partem venenatae sunt; — — Digynia seu *Umbelliatae* T. in siccis locis aromaticae, calefacientes, resolventes et carminativae, in humidis autem venenatae sunt; Radice et Seminibus pollent. — Icosandria Baccifera, Drupifera vel Pomifera; omnis hic fructus cum obiectamento edatur. — Polyandria autem omnis probe distinguenda, quae saepius venenata est. — Didynamia Gymnosperma odorata, cephalica et resolvens est: Folia virtute pollent. — Tetradynamia omnis antiscorbutica et diuretica est: uxsicentione saepius amittit vires. — Monadelphia mucilaginosa et emolliens est. — Diadelphia folia Pecoribus; semina Quadrupedibus (non feris) esculenta et flatulenta sunt. — Syngenesia amara continet et stomachicas. — Gynandria autem aphrodisiacas. — Cryptogamia vegetabilia saepe suspecta inciudit.

Sensus externi sunt examinatores Diaetetici omnis cibi ingerendi, quibus bona a malis distinguuntur, a Creatore omni animali pro diversitate naturae diversi concessi. — *Sapida*: Dulcia nutriunt; Pinguia emolliunt; Salsa stimulant; Acida refrigerant; Austera adstringunt; Amara alcalina, Acria corrosiva, Nauseosa venenata sunt. — *Odorata*: Suavia salutaria, Suavissima cardiaca, Aromatica resolventia, Hircina aphrodisiaca, Ingrata suspecta, Nauseosa venenata sunt. — *Color* ruber ubicunque acidum indicat, luridus et adspectus totius plantae tristis suspectas reddit plantas.

20. *Ranunculi* nota essentialis consistit in petalis ad ungues interius excavatis pro melle; reliquae partes Fructificationis omnes ludunt, idque patet considerantibus.

REGNUM VEGETABILE [1]).

Flos est Plantarum gaudium,
tum se novas, aliasque quam sent, ostendunt,
tum variis colorum picturis in certamen usque
luxuriant. *Plin. XVI.* 25.

1. Natura creata, continuato Semine, ope elementorum, modificat Terras in Vegetabilia; vegetabilia in Animalia, vix („*nec*“ *S. X.*) contra; utraque resolvit iterum in Terras, circulo perenni aucto.

2. Vegetabile est „vita composita, absque motu voluntario.“ (*.....vita multiplicata, condunata, absque sensatione. S. X.*)

3. Tribus Vegetabilium tres vulgo numerantur: Monocotyledones: Fruges: 1, 2, 3. Dicotyledones: Plantae: 4, 5. Acotyledones: Cryptogama: 6, 7, 8, 9. [2])

4. Gentes, e quibus incolae confluxerunt, potissimum sunt:

1. Palmae. Principes, Indici, Spathacei spadiciferi, fluxi, eminentes celsitudine eximia, spectabiles caudice invariato simplicissimo perennante, eorumati coma frondosa sempervirente, opulentes gazis fructuum opimis. Hi Tributarii sunt animalium Primatibus, imprimis eorum Principi cohabitanti.

2. Gramina. Plebeji, Campestres, Culmiferi glumacei, Rustici vulgatissimi simplicissimi vivacissimi, constituentes vim roburque regni, quoque magis muletati et calcati, magis multiplicatiri. Hi Tributarii sunt e vili penu, animalibus plerisque phytiphagis, horumque Cerealia imprimis eorum Principi hospitanti.

3. Lilia. Patricii, Lucares, Bulbosi trifrli, superbientes vestimentis fulgentibus festivis. Hi pascunt oculos condecorantque regnum vernustate sulacorum splendidissimorum.

4. Herbae. Nobiles, Pratenses, Annotini, Polymorphi. Hi ornant regnum Structura admiranda, Sapore multifario, Odore fragrante, Colore florido.

5. Arbores. Praeceres, Sylvatici, e Nobilium ordine perennantes caudice, stipati pedissequis Servis, sustentantes inauspicato clientes Parasiticos. Hi attolluni capitu, arcent Ventos, inumbrant Aestuantes, humectant inconspicuo imbre, alliciunt Vocales, perficiunt Fructus; tamquam totidem Naturae Horti. — Milites armati Spinis Aculeisve, a Plantis strisque adscriptivi. Hi arcent Mammalium hostium injurias.

6. Filices. Novacula, Latebrosi, Stipitati, Dorsiferi, maeres. Hi praeparant posteris Terram.

7. Musci. Servi, Hyemales, Imbricati Calyptrati, Reviviscentes, Impasti, loca omnia a prioribus relicta occupant numerosissimi. Hi Radices incolarum fovent: ne adorantur a Bruma Hyberna; ne exsiccentur a Sirin Aestiva; ne evellantur a vicissitudine Vernali; ne corrumpantur a Putramine Autumnali; colligunt etiam pro dominorum peculio Humum daedaleam.

8. Algae. Vernacuii, Aquigeni, Squalentes, redivivi, abstemii, nudiusculi. Hi inchoani culturam primam Vegetationis.

9. Fungi. Nomades, Autumnales, Barbari, Denudati, putidi, furaces, voraces. Hi flora reducente Plantas hyematum, legunt rulictas earum quisquilias surdesque.

5. Textura vegetabilium e Vasis succosis — Tracheis *Aëreis* (*Ø. S. X.*) — Utriculis *secreforiis* (*Ø. S. X.*).

6. Substantiae (Partes internae *S. X.*) Vegetabilium ex Epidermide externe obducente Corticem, deponentem interiore latere Librum, secedentem in Lignum annotinum rigidum, obducentes Medullam.

7. Partes (Externae *S. X.*) Vegetabilium primariae tres sunt: — *Radix* descendens, aquosa sorbens,

---

1) *Obs. Hic introitus Praecedentis loco adest in S. XII. XIII. et (mut. mutandis) S. X.*

2) §. 3 et 4. *in S. X. aliter:*

§. 3 Familiae vegetabilium sunt Planiae (Herba, Arbor), Palmae, Graminа, Filices, Musci, Algae, Fungi.

§. 4. Paradisus Telluris abducit terram Pauperrimis Muscis, ne Gelu Siriove destruantur radices, quam dein tegit Vulgus Graminum virens, primarium animalium alimentum, condecoratque Nobilissimis Herbis, florum structura admiranda, colore lucente, odore fragrante, sapore variante ridentibus, inter quas Proceres Arbores pedissequis stipatae attollunt capita, arcent ventos, inumbrant a radiis, humectant inconspicuo imbre, multiplicant copiam, perficiunt fructus, alliciunt vocales aëreas; Naturae Horti!

natrians. — *Herba* adscendens, aërea spirans, mavens. — *Fructificatio* pandens, aetherea halans, generans.

8. (7.) RADIX terrenis humentibus inserta exserit Radiculas capillares, saepe superne concurrentes in solidum Caudicem descendentem sub terra, aut etiam adscendentem supra terram.

9. (8.) HERBA annua, aërea commissa, constat Hybernaculo, Trunco, Folio, Fulcro: —

HYBERNACULUM compendium Herbae totius, squamosum: — *Bulbus* e basibus Foliorum praeteritorum: — *Gemma* a rudimentis Foliorum futurorum.

10. TRUNCUS, attollens Herbam Fructificationemque, (Rami Partes Trunci sunt) est vel Cuelis, Herbae, foliosus: — Culmus, Graminis: saepius geniculatus articulis inanibus: — Scapus, Radicis, aphyllus floriferus: — Pedunculus ramus Caulis floriferus: — Petiolus ramus Foliiferus, folia proprius: — Stipes a Folio non distinctus: Palmis, Filicibus.

11. FOLIUM expandens per aëra superficiem, volatile, saepe petiolatum, — Foliolum partiale est Folii compositi, — Fructus Foliis e stipitu fictus: in Palmis et Filicibus.

12. FULCRA administrans pro Vitae necessitate: — Stipela, Foliorum, ad eorum basin, foliacea, — Bractea, Florum, ad florum pedunculorumve basin, foliacea, — Pubes, vestiens villositate, — Glandula, secernens liquorem, — Spina, terminans corpus lignosum, — Aculeus, sparsus, ungue cortici tantum inserto, — Cirrhus, scandens filo [1]).

13. (9.) FRUCTIFICATIO temporaria, terminans, lege naturae spontanea dehiscens *metamorphosi* (*Ø. S. X.*), ut substantia Interna pateat Flore et Fructu: — Flos fit a Calyce, Corolla, Staminibus, Pistillis — Fructus a Pericarpio, praegnante Seminibus, affixis Receptaculo [2]).

14. CALYX Tegmentum exterius Floris e Cortice, cujus species?: — Valva, Fungi, *facera*; — Culyptra, Masci, *cucullata*; — Spatha, Palmae, *vaginata*; — Gluma, Graminis, *serpius bicalvis*; — Perisethium, Plantae, corollae *approximatum*; — Involucrum, *Plantae, a flore remotum, serpius umbellae*, — Involucellum, *partiale involucrum*; — Amentum, *Gemmaceum, imbricatum, commune.*

15. COROLLA Tegmentum interius Floris e Libro: — Petalum membranaceum: Limbo aut Laminis, Tubo aut Unguibus; — Nectarium nectariferum proprium, mel promens.

16. STAMEN Viscus exterius e Ligno; Genitale Masculum: — Pitamentum sustinens Antheram: — Anthera foeta granulis Pollinis, et hoc Favilla.

17. PISTILLUM Viscus interius e Medulla, Genitale Femineum: — Germen, Fructus rudimentum, teferius, — Stylus, a germine elevans Stigma, intermedius, — Stigma, rudium, puberescens, supremum.

18. PERICARPIUM, Germen defloratum semiciferum: — Capsula, membranacea, valvis dehiscens varie in variis — Siliqua, membranacea, bivalvis, sutura utraque seminifera — Legumen, membranaceum, bivalve, sutura altera seminifera — Folliculus, membranaceus, univalvis, latere dehiscens, a seminibus distinctus — Baccа, pulposa, Seminibus distinctis — Drupa, pulposa, Nucleo osseo — Pomum, pulposum, Capsula includente semina — Strobilus, imbricatus, Amenti coarctati.

19. SEMEN, Ovum, nova planta praegnans, deciduum tunicatum: — Hilum, cicatrix umbilicalis — Cotyledones bibulae, placentam uterinam constituentes — Corculum, novae plantae compendium, connectens cotyledones: — e *Rostello* acuminato, deorsum germinante, — e *Plumula* imbricata, sursum excrescente. — Puppus interdum coronat semen. — Arillus interdum includit partialiter semen.

20. RECEPTACULUM: basis partes fructificationes connectens: — Proprium, anius floris — Commune, pluribus floscalis sessilibus, — Umbella, inter calycem et florem, elongatum in pedunculos aequatos: Umbellula, partialis umbellae. — Cyma, umbella composita ramulis alternis. — Spadix, latre Spatham, praeprimis Palmae. — Rachis, Spicae Gramicis, cui flores insculpti [3]).

21. MACHINAE Vegetabilis substantia constat duplici contraria: — Corporea externa, includens, nutritiva, descendens, terrenis adhaerens, studiose medullam incarcerans, duriuscula, apico tenerrimo accrescens. Medulla interna, inclusa, vivificans, basi deliquescens, apice adscendens, multiplicatione divisibilitate terminoque infinita, in creatione accensa, a primordio occulte festinat lenteque versus minimam resistentiam ad summum, suum exitum; quo vero corporeum coarctans debilius, eo claustra citius reserat metamorphosin subitura, quaeque evasura sese cum corpore copulat, ut in novas dispergenda vitas circulus perennet [4]).

22. (15.) GERMINATIO fit dispersis Seminibus, per Hilum absorbentibus aquem, endo rumpuntur membranae a bibulis tumentibus Cotyledonibus, lactantibus Corculum, usque dum foetus Rostellum Radicules exserat, quo erigatur Plumula accrescens in Herbam anni, terminatam Gemma supradecomposita.

23. (12.) VEGETATIO fit Radiculis sugentibus tincturam aquosam Humi, quae, calore quotidie addito, lente, pellitur per corporei externi vasa, unde nutritio exterioris interioriusque plantae, exhalante superfluo, Cortice deponente ab interioro parieto Librum, quotannis secedentem in substantiam Ligneam (ex Annulis annotinis interstinctis Alburno, demum ab emarcidis inferioribus ramis subossificato) sustentaturam Caudicem adscendentem, intra cujus apices Medulla viva properat. („*Natura ubique in finem sui properat; — in originem parce atiter viribus; — in decursu fallentibus incrementis sa dispensat; — in exitu ad ruinam toto impetu venit*" *Senecа. — S. XII.*)

MEDULLAM concipe fasciculum e fibris Nervels isocelem formantibus, in qua vis vitalis pollens rumpit sxtimos aurvas, binc divergentes, penetrantes corticem etiamnum subgelatinosum, ubi hi nervi medullares apice similiter multiplicantur in Gemmam. A dissecto, per hanc nervum, vase adscendente, impeditoque subtus adscensu humoris propulsi, extenditur corticale in Folium.

FOLIUM hoc, quod exercetur volatu ventorum, attrahit praeparatque (exceptis Parasiticorum, antea praeparatorum) humores, pagina superiore a luce electricum inspirat, pagina inferiore rotidum perspirat, e caso nunquam renasciturum.

DECLARATUR vero Larva herbae, ubi Medullae major propulsio, quam lucludentis Corporei retentio, qua aperitur substantia Cortieis in Calycem, Libri in Corollam, Ligei in Stamina, Medullae in Pistilla, terminante vegetationem nova vita, collectis filis in ultima Medullae semina [5]).

---

1) §. 9. 10. 11. 12. *in S. X. efficiunt unum* §. 8. *multo abbreviatum. Hinc series numeri duplices.*

2) *Paullo aliter disposita S. X.*

3) §. 14 — 20. *multa brevius, nec tamen cum essentiali discrepantia, sub* §. 2. *sequuntur in S. X.*

4) *Hujus loco data* §., 10. et 11., *omissi a S. X.*:

§. 10. SOBOLES praesentis senii Folia sunt; insequentis Bracteae, tertii Perianthium, quarti Petala, quinti Stamina, staminibusque exhaustis Pistillum. Patent haec: per aves Ornithogalis; e luxuriantibus; proliferis; plenis; et Carduis. — (*Cf* §. 24. *sit.*)

§. 11. VITA MEDULLARIS, fungosa, adscendens, multiplicatione divisibilitate terminoque infinita, in creatione accensa, incarcerata intra Corpus Corticale, nutritivum, descendens, terrenis adhaerens, a primordio suo occulte festinat etc. *Reliqua ut supra.*

5) *S. X. tota haec sectio paullo rudius brevisque — Reliqua nunc sequentia, (in Diss. de Praelepsi plantarum fusius conferenda, Amoen. ac. v. 8. 118. et 120.), plane desunt, ad finem usque, in S. X., eorumque loco tres §§. exhibentur:*

§. 13. FLOS, pluets leterior onda, exuta Larva Herbae mera metamorphosi, instar alligati Insecti volitantis, coleoptrato Calyce, alaribus Corollis, constat solis viscerum genitalibus Staminibus et Pistillis, quorum germina adolescant in foecundum ovarii Pericarpium, gravidum ovis seminum. — (*Cf.* §. 23.)

§. 14. FLORESCENTIA sistit neptias Vegetabilium generantes, dum Pollen vesiculare inspersum rorido Stigmati, rumpitur ab humidi contactu, effiatque elaterem, absorbendum ad Semina, novam vitam resuscitando.

§. 15. *(factus est superior* §. 24.)

24. PROLEPSIS sistit Metamorphoscos Plantarum mysterium, quo Herbae Larva mutetur in Declaratam Fructificationem; Plantae enim est producere vel Herbam foliosam, vel etiam Fructificationem.

FOLIUM geminum semper in sinu fovet Rami multiplicantis principium, sive actu, sive potentia tale; cumque Folium sit natum ob hujus causam, nec vicissim, nequit existere Folium, nisi hoc principium perforaverit antea corticem, e quo ortum est, licet effectus ante suam causam manifestus.

GEMMA gemina est Rami futuri compendium, in quem demum explicabitur. Gemma semper constat *Squamis*, totidem Foliorum rudimentis, etiamnum (a futuro ramulo nondum elongato) approximatis. Cumque Folia sine Gemma existere nequeant, necesse est, quod Gemma latent in sinu cujusvis squamae gemmaceae, confirmante autopsia, adeoque nequit omnis Gemma aliud esse, quam corpus a foliis et gemmulis compositum. Sequitur itaque, quod omnis Gemma constet Foliis cum suis Gemmulis et hae *Gemmulae* similiter ex minoribus squamis et gemmulis, et sic porro usque in quintam progeniem (ut in Volvoce), nec ultra, confirmante metamorphosi. Ergo Ramus foliosus praesentis anni, foetus sit ramulis omnibus per *quinquennium* prodituris, succedentibus semper novis ad extremos apices, in defloriatorum, ad basin, locum, ut numerus quinarius perenet. Hoc fit in *Arboribus*, ubi medulla mortura duriori substantia lignea; in *Plantis* annuis autem, ubi minor resistentia corpurei laxioris versus medullam, valet haec brevius, absque mora gemmacea exire in Flores; quodcunque enim valet propulsionem Medullae augere et inclusivam vim Corporei debilitare, id promovebit Florescentiam.

FLORUM dum producat Arbor, Natura anticipabit quinquae annorum progenies, simul tum prodituras, formando e foliis gemmaceis lutuli anni *Brocteas*, sequentis *Calycem*, insequentis *Corollam*, consequentis *Staminn*, subsequentis *Pistillum*, refertum Medulla granulata *Seminum*, termino vitae vegetantis.

25. FLORESCENTIA sistit Plantarum Sponsalia in Flore, (cf. Sponsalia plantarum. Am. ac. 1. n. 12.) et Nuptias in Anthesi.

FLOS, exuta Herbae Larva, prodit Planta declarata, interna, nuda et perfecta instar *Insecti* alligati volitantis: *Coleoptrati* Calyce, *Alati* Corolla, constantis solis *Visceribus* Genitalibus: *Masculis* staminibus ex Antheris *Testicularibus*, repletis Polline *genitali*, continente *Foecillam* vivificantem, et *Femineis* Pistillis ex Germinis *ovario*, terminato Stigmate *vulvifero*, tecto *pube* tubulosa, rosidante *Lymphum genitalem*.

ANTHESIS peragitur, dum Antherae ruptae spargunt suum Pollen vesiculare sapra Stigma, quo effusi hoc inclusum Foveillam masculam, absorbendam a Lympha genitali femineo rosidante, ut corporeum masculum additio Femineo medullari conficiat *ovum*, in justam maturitatem fovendum intra Ovarium.

26. PRINCIPIUM Fructificationis, Fundamentum Botanices, est ultius repetendum.

PROBLEMA: Supponas n. o. o. in primordio e simplici progressuu ad composita; o paucis ad plura! adeoquo a primo Vegetabili principio, tot tantum creasse plantas diversas, quot *ordines Naturales*. Has ordinum plantas IPSUM dein ita inter se generando miscuisse, ut totidem exorirentur plantae, quot hodie distincta existunt *Genera*. Naturam dein Genericas has plantas, per generationes ambigenas (quae structuram floris non mutant) inter se miscuisse et multiplicasse in *Species* existentes, quotquot possibiles, exclusis tamen e numero specierum, ab ejusmodi generatione productis Plantis *Hybridis*, utpote sterilibus.

Genus itaque omne est naturale, confirmante natura, saltum non faciente.

Character ergo non constitnat unquam genus, sed sedulo secundum Genus naturae conficiendus est.

Plantae congeneres sunt quoad genus dignoscendae e planta declarata, cum generatio ambigena illibata relinquat Fructificentionem; sed distinguendae in specie secundum Herbam a sociis sororibus, diverso patre productis.

Diagnosis sic plantae consistit in affinitate Generis et in discrimine Specici.

Nomen plantae itaque, ut utramque diagnosin indigitet, duplex erit: *Genericum* Cognomen gentilitium — *Specificum* Praenomen triviale — sub hoc vero *Synonyma* vaga authorom.

Botanicus, sequendo Classificationes, per Characteres plantae declaratae ducitur ad *Genus* nominatum; per Differentias Larvae ad *Speciei* appellationem; inde ad hujus *Synonyma*; ex his ad *Authores*; exinde ad omnia, quae de objecto quaestionis, seculi beneficio, ad nos pervenere. Sic dicat ipsa plantn suum Nomen suamque Historism in tanta multitudine specierum imo individuorum; hoc finis Botanices prima, seculi nostri inventum, in quod perficiendo desudabunt omnes Botanici veri.

27. BOTANICUS verus desudabit in augendo amabilem Scientiam.

Descriptiones conficiat verbis characteristicis, Plantarum imprimis obscuriorum, rariorum novarumque, ad normam Delineationis plantae, more C. l. filii et Schreberi in Decuriis. — Figuras, si poterit, addat, quae repraesentent Plantom perfectam, quales dedere Vaillant, Dillenius, Ehret, Jacquin, Trew, Schmiedel et alii. — Differentias specificas eruat compendiosas, propriissimasque. — Synonyma authorum inquirat, imprimis selectiora; uti Hallerus. — Genus naturale semper Speciei praefigat, et ubi novum, Charactere naturali definiat ex omnium partium fructificationis situ, figura, numero, proportione. — Species vagas novosque ad certa genera referat, uti Tournefort, Plumier, Browne, Jacquia. — Ordinem naturalem, ubi patet, indigitet. — Stationes cujusvis plantae notet, ideoque plures Floras, ubi licet, producat, imprimis Australes et Exoticas. — Proprietates observet, quales Duratio, Seminatio, Gemmatio, Vernatio, Aestivatio, Nuptiae, Frondescentio, Calendarium, Horologium, Somnus, Qualitates. — Usus addat: quales usus *Naturae* (Panis Pandoraeque), *Medicus*, *Oeconomicus* etc. et quaecunque in his cedant imprimis in gloriam Authoris et in commodum generis Humani, ut posteri demum obambulent in serena luce.

BOTANOPHILI Fallaces, Ephebi, Hirquitallientes: Leges Artis proclamant, antequnm Naturales didicerei — Absonos extollunt, Praestantiores rodunt zelo stomachoso: — Compilant furtim aliena, propria vix detegunt: — Grano eruditionis reperto stentorii ebuccinant: — Genera e male assumtis lacerant, multiplicant: — Methodum naturalem sibi notam crepant.

Dedisti mihi DOMINE artem,
meam mercedem, et in illa laudabo nomen Tuum.
David. *(S. X. XII.)*

DELINEATIO PLANTAE [1]).

I. THEORIA.

GENUS. Nomen selectissimum — Character naturalis, essentialis, artificialis — Classis Ordoque Systematis praestantissimi — Ordo naturalis demonstrandus.

SPECIES. Nomen triviale — Differentio specifica demonstranda: certissima, brevissima — Synonyma e descriptione a. figura selecta; vernacula.

CRITICA. Etymologia nominis generici, specifici — Inventor cum tempore — Eruditio Historica, Critica, Antiqua.

II. DESCRIPTIO.

RADIX durationo annua, biennis, perennis — figura a. fibrosa, ramosa, fusiformis, praemorsa —

---

1) *Ex S. XII. XIII. et (paucis mutatis) S. X. — S. XII. solulam add.:* „Descriptiones Fundamentales secundum hanc delin. Plantae dederunt Linné filius et D. Schreberus in suis decuriis."

b. repens, articulata, dentata — *c.* globosa, tuberosa, fascicularis, palmata — *d.* bulbosa, granulata.

Truncus **specie** Caulis, Culmus, Scapus, Stipes — **duratione** herbaceus, suffruticosus, fruticosus, arboreus — solidus, inanis, fistulosus — **mensura** *a.* (proportio ad folia reliquasque partes) — *b.* crassities ex simili ootissimo.

directione *a.* erectus, strictus, rigidus, — laxus, obliquus, adscendens, declinatus, incurvatus, nutans, — diffusus, procumbens, stoloniferus. — *b.* sarmentosus radicans, repens. — *c.* geniculatus, flexuosus, scandens, — volubilis: sinistrorsum, dextrorsum.

figura *a.* teres, semiteres, compressus, — anceps, 3-10 angulatus, — acutangulus, obtusangulus. — *b.* 3-6 gonus, 3-5 queter.

vestitu nudus, aphyllus, foliatus, — vaginatus, squamosus, imbricatus.

superficie *a.* suberosus, rimosus, tunicatus. — *b.* laevis, striatus, sulcatus. — *c.* glaber, scaber, muricatus, — tomentosus, villosus, hispidus, — aculeatus, spinosus, urens. — *d.* stipulatus, membranatus, bulbiferus.

compositione *a.* enodis, simplicissimus, simplex, integer. — *b.* articulatus, prolifer, dichotomus, — brachiatus. — *c.* subramosus, ramosus, ramosissimus. — *d.* virgatus, paniculatus, fastigiatus. — *e.* patens, divaricatus.

Ramis *a.* structura Caulis, Frondis. — *b.* alternis, distichis, sparsis, confertis, oppositis, verticillatis. — *c.* erectis, coarctatis, divergentibus, — divaricatis, deflexis, reflexis, retroflexis, fulcratis. — *d.* altitud. caulis, longis, brevibus, patentibus.

Folia: *Determinatione*, **loco** radicalia, caulina, ramea, — axillaria, floralia, — **numero** unicum, duo, tria, pauca, plurima.

situ *a.* alterna, disticha, bifaria, — sparsa, conferta, imbricata, — fasciculata, bina, terna, quaterna, quina, — confluentia, approximata, remota. — *b.* opposita, decussata, stellata.

directione *a.* erecta, stricta, rigida, adpressa, — patentia, horizont. assurgentia, inflexa, — reclinata, recurvata, revaluta, dependentia. — *b.* obliqua, adversa, verticalia, resupinata. — *c.* submersa, natantia, radicantia.

insertione *a.* petiolata, peltata — *b.* sessilia, admata, coadunata, decurrentia, amplexicaulia, perfoliata, connata, vaginantia.

Structura **figura** *a.* subrotunda, orbiculata, ovata, ovalis — *b.* oblonga, parabolica, cuneiformia, spatulata — *c.* rotundata, lanceolata, elliptica, linearia, acerosa.

Nota. Ob loco **obvarse**, *e. gr.* obcordata, obovata, etc. — **Sub** loco **fere**, *e. gr.* subcordata, subovata, etc. — Coadunantur saepe figurae ejusdem divisionis, non vero diversae: **bene** „lanceolato-ovata," „ovato-lanceolata" etc. — **male** „lanceolato-acuta", „ovato-mucronata."

angulis integra, 3-5 angularia, deltoidea, rhombea, trapeziformia. — **ainubus** *a.* cordata, reniformia, innata, — sagittata, hastata, panduriformia, *runcinata.* (Ø. S. X.). — *b.* fissa, 2-5 loba, 2-fida, 3-5 partita, — palmata, lyrata, pinnatifida, sinnata, — laciniata, squarrosa.

margine *a.* integerrima, crenata, serrata, ciliata — dentata, spinosa, cartilaginea; — *b.* repanda, lacera, erosa, daedalea. — **apice** *a.* obtusa, emarginata, retusa, praemorsa, truncata; — *b.* acuta, acuminata, cuspidata, mucronata, cirrhosa.

superficie *a.* pagina: superiore, inferiore, — nuda, glabra, nitida, lucida, colorata; — *b.* nervosa: trinervia, *frinerante* (Ø. S. X.), triplinervia, enervia, linearia, striata, sulcata; — *c.* venosa, rugosa, bullata, lacunosa, avenia; — *d.* punctata, papillosa, papulosa, viscida; — *e.* villosa, tomentosa, sericea, lanata, barbata; — pilosa, scabra, hispida, aculeata, strigosa.

expansione plana, canaliculata, concava, convexa, — cucullata, plicata, undata, crispa. — **substantia** membranacea, scariosa, gibba, — teretia, depressa, compressa, carinata; — *b.* compacta, tubulosa, palposa, carnosa; — *c.* triquetra, aacipitia, lingulata, ensiformia, — subulata, aciuaciformia, dolabriformia. — **mensura** brevissima, longissima, respectu ad caulem articulosvo; — **duratione** decidua, caduca, persistentia, perennia, sempervirentia.

Compositione Composita articulata, Conjugata — Digitata: binata, ternata, quinata — Pedata — Pinnata; bijuga, trijuga, quadrijuga etc.: — cum impari, abrupta, cirrhosa — Foliolis oppositis, alternis, interruptis, decursivis. — **Decomposita** bigemisa, biternata, bipinnata. — **Supradecomposita** tergemina, triternata, tripinnata.

„Terminorum Definitiones dedi in Amoen. Acad. 6. p. 217.; Figuras autem in Horto Cliffortiano, Philosophia Botanica, Lee Introduction, Miller Dictionario, Sauvagesii methodo." S. XII.

Fulcra: Petiolus, Stipula, Cirrhus, Pubes, Arma, Pedunculus, Bractea.

Petiolus **figura** linearis, alatus, clavatus: membranaceus, teres, semiteres, triquater, canaliculatus. — **magnitudine**: brevissimus, brevis, mediocris: longus, longissimus. — **insertione**: insertus, adnatus, decurrens: amplexicaulis, vaginans, appendiculatus. — **directione**: arrectus, patens, assurgens, recurvatus. — **superficie**: glaber, aculeatus, nudus: articulatus, spinescens.

Stipulae *a.* geminae, solitariae, nullae; — *b.* laterales, extrafoliaceae, intrafoliac., oppositifoliac.; — *c.* caducae, decidnae, persistentes, spinescentes; — *d.* sessiles, adnatae, decurrentes, vaginantes; — *e.* subulatae, lanceolatae, sagittatae, lunatae; — *f.* erectae, patentes, reflexae; — *g.* integerrimae, serratae, ciliatae, dentatae, fissae; — *h.* brevissimae, mediocres, longae.

Cirrhus *a.* axillaris, foliaris, petiolaris, pedunculuris; — *b.* simplex, trifidus, multifidus; — *c.* convolutus, revolutus.

Pubes *a.* pili, lana, barba, tomentum, strigae; — *b.* setae: simplices, hamosae, ramosae, plumosae, stellatae; — *c.* hami, glochides; — *d.* Glandulae. Utriculi — foliaceae, petiolares, pedunculares, stipulares; — *e.* viscositas, glutinositas.

Arma s. Aculei: recti, incurvi, recurvi. — *b.* Furcae: bifidae, trifidae. — *c.* Spinae: terminales, axillares, calycinae, foliares, simplices, divisae. — *d.* Stimuli: pungentes, urentes.

Bracteae *a.* coloratae, caducae, deciduae, persistentes; — *b.* una, duae, plures. — *c.* Coma. — *d.* Foliorum caetera addenda.

Pedunculus partialis (a-e), communis, Pedicellus. — *a.* **loco** radicalis, caulinus, rameus, — petiolaris, cirrhiferus, — terminalis, axillaris, — oppositifolius, lateriflorus, interfoliaceus, superfoliaceus, *extrafoliaceus* (Ø. S. X.). —

b. **situ** alternus, sparsus, oppositus, verticillatus. — *c.* **numero** solitarius, geminatus, umbellula sessilis. — *d.* **directione** adpressus, erectus, patens, cernuus, — resupinatus, declinatus, nutans, flaccidus, adscendens, — pendulus, strictus, flexuosus, retrofractus. —

e. **mensura** brevis, brevissimus, longus, longissimus. — *f.* **multiflorus**, uniflorus, biflorus, triflorus, etc. multiflorus. — *g.* **structura** teres, triqueter, tetragonus, — filiformis, attenuatus, clavatus, incrassatus, — nudus, squamosus, foliatus, bracteatus, — geniculatus, articulatus.

Inflorescentia — *graduali modificatione scandit: Spadix, Cyma, Umbella, Umbellula, Aggregata, Composita, Spica, Amentum, Strobilus, Corymbus, Racemus, Panicula, Thyrsus, Fasciculus, Capitulum, Verticillus, Lateriflor. etc. (Ø. S. X.):*

Flores terminales, laterales, sparsi, — sessiles, pedunculati, — unicus, solitarius, terni etc. copiosi, — erecti, cernui, nutantes, *resupinati*, (Ø. S X.) — verticales, horizontales.

A. Verticillus *a.* sessilis, pedonculatus — *b.* nudus, involucratus, bracteatus — *c.* confertus, distans.

B. Capitulum *a.* subrotundum, globosum, dimidiatum — *b.* foliosum, nudum. Fasciculus.

C. Spica *a.* simplex, compos. spicillis, glomerata, — *b.* ovata, ventricosa, cylindrica, interrupta, — *c.* imbricata, articulata, ramosa, — linearis, ciliata, foliacea, comosa.

D. Corymbus, simplex, compositus. — *E.* Thyrsus. nudus, foliatus. — *F.* Racemus. *a.* simplex, compositus. — *b.* unilateralis, *secundus*, (Ø. S. X.), pedatus, conjugatus, — *c.* erectus, laxus, dependens, — *d.* nudus, foliatus. — *G.* Panicula, Trunci structura.

Fructificatio ex numero, figura, proportione, situ partium. — Simplex. Composita ex Floscalis.

Calyx: Perianthium fructificationis, floris, fructus:

Perianthium *a.* monophyllum, polyphyllum — *b.* 2-5 fidum, 2-5 partitum, integrum — *c.* tubulosum, patens, reflexum, inflatum — *d.* abbreviatum, longum, longitud. tubi — *e.* obtusum, acutum, spinosum, scaleatum — *f.* *aequale, inaequale, labiatum.* (*Ø. S. X.*)

Commune, imbricatum, squarrosum, calyculatum, *scariosum* (*Ø. S. X.*).

Involucrum, a. universale, partiale, propriam, — *b.* monophyllum, polyphyllum. —

Gluma, a. unifiora, 2-multiflora, — *b.* univalvis, bivalvis, multivalvis, — *c.* colorata, glabra, hispida.

Arista, *a.* mutica, terminalis, dorsalis, — *b.* recta, tortilis, geniculata, recurvata.

Amentum, squamosum, nudum. — Spatha, univalvis, bivalvis, dimidiata — Calyptra, recta, obliqua. — Vulva, approximata, remotissima.

Corolla: Petali a. Tubus s. Ungues; Limbus s. Laminae — *b.* monopetala, 2-6-polypetala — *c.* regularis, irregularis, inaequalis — *d.* globosa, campanul. infundibuliform, rotata — ringens, personata: labio superiore et inferiore; *Ructa; Palata* (*Ø. S. X.*) — cruciata, concava, patens — Papilionacea: vexillo, alis, carina — *e.* Composita: liguiata, tubulosa, radiata — *f.* Color. — — Nectarium, proprium, petalinum.

Stamina, Filamenta, numera, figura, insertione, *proportione* (*Ø. S. X.*) — aequalia, inaequalia; connata. — Antherae, distinctae, connatae; laterales, *incumbentes, erectae* (*Ø. S. X.*) — loculi, apertura. — Pollen, figura.

Pistillum. Germen superum, inferum. — Stylus numero, proportione, divisione, figura. — Stigma, numero, figura.

Pericarpium. — Capsula: figura, valvulae, loculamenta, dissepimenta — bicapsularis etc. bilocularis etc., *didyma*, (*Ø. S. X.*) tricocca etc.t). — Siliqua figura, compressa, torulosa, articulata — Dissepimentum parallelum, transversum. — Legumen figura, articulata, 1 2locularis, *isthmis* (*Ø. S. X.*). — Folliculus univalvis, *bivalvis* (*Ø. S. XII.*), figura. — Drupa succulenta, sicca. — Pomum figura, loculamenta. — Bacca monosperma etc.: nidulantia semina. — Strobilus figura totius, squamarum.

Semen numero, figura, loculis, superficie, consistentia. — Hilum, Cuculam. — Corona: Pappus, stipitatus, capillaris, plumosus. Cauda, hamus, calyculus. — Nux anilocularis, bilocularis etc. — Arillus cartilagineus, succulentus.

Receptaculum fructificationis, floris, fructus. — Cummune *a.* nudum, punctatum, pilosum, paleaceum *b.* planum, convexum, unicum, subulatum. — Compositus flos, *ex Floscul.* (*Ø. S. X.*) — Aggregatus flos. — Umbella a. simplex, composita ex Universali Partialique, prolifera. *b.* concava, fastigiata, convexa. *c.* erecta, nutans. — Cyma nuda, bracteata. — Spadix *a.* uniflorus, multiflorus. *b.* simplex, ramosus. *Rachis spicae* (*Ø. S. X.*).

III. HABITUS.

Gemmatio. Bulbus solidus, tunicatus, squamatus, caulinus: — *Gemma* (*Ø. S. X.*) origine petiolaris, stipularis, corticalis, — contento foliaris, floralis, communis. —

Vernatio. conduplicata, convoluta, involuta, revoluta, — imbricata, equitans, obvoluta, plicata, — *reclinata, inclinata* (*Ø. S. XII.*), circinalis. — Aestivatio convoluta, imbricata, conduplicata, valvata, inaequivalvis. — Torsio *a.* conformis, diformis. — *b.* dextra, sinistra, reciproca. — *c.* resupinata, circinalis.

Variatio coloris, magnitudinis, pubescentiae, aetatis. — Externa: plicata, fasciata, — latifolia, tenuifolia, crispa, — mutica. Interna: *a.* mutilata, grandiflora, *b.* multiplicata, plena, prolifera, *cristata.* (*Ø. S. X.*) — *c.* vivipara, bulbigera.

Spunsalia Mas, Femina, Androgyna, Hermaphrodica. — Generationis mysteria. — Seminatio Seminis cauda, ala, pappus, — hamuli, gluten, curvatio. — Pericarpii baccatio, inflatio, viscositas, elasticitas, structura. — Placentatio Dicotyledonis, Acotyledonis, Polycotyledonis.

IV. STATIO. (*Locus S. X.*)

Clima boreale, mediterraneum, Alpinum, — *Marinum* (*Ø. S. X.*) — orientale, australe, occidentale, indicum.

Solum lacustre; littorale, maritimum, *salsum*, (*littorale S. X.*), — palustre, inundatum, uliginosum, caespitosum, (*alpinum, S. X.*) — nemorosum, sylvaticum, arvense, — pratense, campestre, montanum, — ruderale, cultum.

Terra Humus, Argilla, Creta, Arena. — Parasitica.

V. TEMPUS.

Germinatio dierum, mensium, annuum, biennc. — Frondescentia Vernatio praecox, aequalis, serotina; Autumnatio praecox, lento, cunctanea. — Calendarium 1. Germinati. Frondescentiae, Florescentiae; 2. Grossificationis, Maturationis, Messis; 3. Exsolationis, Defoliationis, Congelationis; 4. Brumalis, Glacialis, Regelationis. — Horologium *a.* Vigiliae meteoricae, tropicae, aequinoctiales; *b.* apertionis, reclusionis. — Somnus connivens, includens, circumsepiens, muniens, conduplicans, involvens, divergens, dependens, invertens, imbricans. — Duratio Plantae caducae, sensiles, perpetuae; Flores ephemeri, tridui, menstrui; Fructus praecoces, serotini, annui.

VI. QUALITAS [2]).

Odor: Ambrosiacus, Fragrans, Spirans, Aromaticus, Orgastieus — Hircosus, Nidorosus, Teter, Nauseosus, Virusus. — Sapor: Aquosus, Acidus, Pinguis, Dulcis, Mucosus — Siccus, Amarus, Stipticus, Acris, Salsus. — Color Hyalinus, Ruber, Purpureus, Albus, Tristis — Niger, Luteus, Viridis, Cinereus, Testaceus. — Tactus Humidus, Tomentosus, Succosus, Carnosus, Viscidus — Aridus, Lucidus, Scariosus, Membranaceus, Scaber. — Mensura Linearis, Pollicaris, Spithamaeus, Pedalis — Unguicularis, Palmaris, Dodrantalis, Orgyalis.

VII. USUS. (*Utilitas S. X.*)

Naturalis Oeconomia naturae *ejusque Politia* (*Ø. S. X.*). — Sympathia l. antipathia. — Pan mammalium phytiphagorum domesticorum. — Pandora insectorum.

Artificialis Culinaris: Radices, Olera, Fructus. — Officinalis *a.* simplicia, praeparata. *b.* pretium, locus. — Medica: Vires, Usus. — Oeconomica instrumentalis — pastoralis — tinctoria — culturae: *Cerealia. Mucellum. Officinalis. Arboretum, Frutetum. Pomaria. Pascua.* (*S. XII.*) [*Cerealium, medicarum, hortorum, arborum, sepium, pratorum. S. X.*].

---

1) *Hic nobis aptime adjungi posse videtur Natu, in S. X. et XII. ad Classis Vitae conspectum generum annexa, (ubi spatium vacavit), quae sequens est:* Circumscissam Capsulam diximus illam, quae maturo fructu horizontaliter discedit. — Superus Flos s. Calyx, cui germen sub receptaculo, vel cujus Calyx abit in fructum, secundum Tournefortium. — Inferus Flos s. Calyx, cui germen sub receptaculo, vel cujus Pistillum abit in fructum, ex mente Tournefurtii. — Ergo Fructus inferus et Flos superus idem sunt; at ex opposita Fructus superus et Flos inferus.

2) *Totus §. in S. X. talis:* Odor laoduras, fragrans, ambros., alliaceus, aromat., virosus, hircinus, teter. — Sapor sicc., stipt., amar., salsus, acris, aquos., pinguis, acidus, dulcis, viscosus. — Color a. hyalinus, alb., cinet., niger, luteus, ruber, cueruleus, viridis. *b.* mutabilis, autumnalis. — Consistentia a. exsucca, carnosa, succosa, glutinosa, *b.* aquosa, viridis, alba, lutea, rubra.

CLAVIS SYSTEMATIS SEXUALIS [1]).

NUPTIAE PLANTARUM.
Actus generationis incolarum Regni vegetabilis.
Florescentia.

PUBLICAE.
Nuptiae, omnibus manifestae, aperte celebrantur.
Flores unicuique visibiles.

MONOCLINIA.
Mariti et uxores uno eodemque thalamo gaudent.
Flores omnes hermaphroditi: stamina cum pistillis in eodem flore.

DIFFINITAS.
Mariti inter se non cognati.
Stamina nulla sua parte connata inter se sunt.

INDIFFERENTISMUS.
Mariti absque subordinatione.
Stamina longitudine indeterminata.

1. MONANDRIA.
2. DIANDRIA.
3. TRIANDRIA.
4. TETRANDRIA.
5. PENTANDRIA.
6. HEXANDRIA.
7. HEPTANDRIA.
8. OCTANDRIA.
9. ENNEANDRIA.
10. DECANDRIA.
11. DODECANDRIA.
12. ICOSANDRIA.
13. POLYANDRIA.

SUBORDINATIO.
Mariti certi reliquis praeferuntur.
Stamina duo semper reliquis breviora sunt.

14. DIDYNAMIA.
15. TETRADYNAMIA.

AFFINITAS.
Mariti propinqui et cognati sunt.
Stamina cohaerent vel inter se, vel cum pistillo.

16. MONADELPHIA.
17. DIADELPHIA.
18. POLYADELPHIA.
19. SYNGENESIA.
20. GYNANDRIA.

DICLINIA (a δίς bis et κλίνη thalamus) duplex thalamus.
Mariti et Feminae distinctis thalamis gaudent.
Flores masculi et feminei in eadem specie.

21. MONOECIA.
22. DIOECIA.
23. POLYGAMIA.

CLANDESTINAE.
Nuptiae clam instituuntur.
Flores oculis nostris nudis vix conspiciuntur.

24. CRYPTOGAMIA.

---

1) Obs. *Plane sic in S. I. II. X. XII. XIII. et S. XII. Tom. 3., typis tantum aliter dispositis. Eadem etiam in G. VI. In G. I II. et Class. plantarum brevius, omissa nempe ubique Nuptiarum allegoria. — In Syst. I. latus sinistrum vacuum hujus tabulae his verbis ornatur:*

„Flos est plantarum gaudium!
„— — — — sic planta propagat."

CLAVIS CLASSIUM [1]).

I. MONANDRIA. a *μόνος* unicus, et *ἀνὴρ* maritus. Maritus unicus in matrimonio. Stamen unicum in flore hermaphrodito.

II. DIANDRIA. Mariti duo in eodem conjugio. Stamina duo in flore hermaphrodito.

III. TRIANDRIA. Mariti tres in eod. conjugio. Stamina tria in floro hermaphrodito.

IV. TETRANDRIA. Mariti quatuor in eod conjugio. Stamina quatuor in eodem flora cum fructu. (Obs. Si Stamina 2 proxima hreviora sunt, referatur ad Cl. 14.)

V. PENTANDRIA. Mariti quinquo in eod. conjugio. Stamina quinque in flore hermaphrodito.

VI. HEXANDRIA. Mariti sex in eod conjugio. Stamina sex in flora hermaphrodito. (Obs. Si ex his Stamina 2 opposita hreviora, pertinet ad Cl. 15.)

VII. HEPTANDRIA. Mariti septem in eod. conjugio. Stamina septem in flore eodem cum pistillo.

VIII. OCTANDRIA. Mariti octo in eod. thalamo cum femina. Stamina octo in eodem flore cum pistillo.

IX. ENNEANDRIA. Mariti novem in eod. thalamo cum femina. Stamina novem in flore hermaphrodito.

X. DECANDRIA. Mariti decem in eod. coojugio. Stamina decem in flora hermaphrodito.

XI. DODECANDRIA. Mariti duodecim in eod. conjugio. Stamina duodecim in flore hermaphrudito.

XII. ICOSANDRIA. ab *εἴκοσι* viginti et *ἀνὴρ*. Mariti viginti communiter, saepe plures, *rara pauciores* (*Ø. S. X. seq*). Stamino (non receptaculo) calicis lateri interno adnata.

XIII. POLYANDRIA. a *πολὺς* et *ἀνὴρ*. Mariti viginti et ultra in eod. cum femina thalamo. Stamina a 20 ad 1000 in eodem, cum pistillo, floro.

XIV. DIDYNAMIA. a *δίς* bis, et *δύναμις* potentia. Mariti quatuor, quorum 2 longiores, et 2 breviores. Stamina quatuor: quorum 2 proxima longiora sunt.

XV. TETRADYNAMIA. Mariti sex, quorum 4 longiores in flore hermaphrodito. Stamina sex: quorum 4 longiora, 2 autem opposita hreviora.

XVI. MONADELPHIA. a *μόνος* unicus, et *ἀδελφὸς* frater. Mariti, ut fratres, ex una hasi proveniunt. Stamina filamentis in unum corpus coalita sunt.

XVII. DIADELPHIA. Mariti e duplici hasi, tamquam e duplici matre, oriuntur. Stamina filamentis in duo corpora connata sunt.

XVIII. POLYADELPHIA. Mariti ex pluribus, quam duabus, matribus orti sunt. Stamina filamentis in tria, vel plura, corpora coalita.

XIX. SYNGENESIA. a *σὺν* simul, et *γένησις* generatio. Mariti cum genitalibus foedus constituerunt. Stamina antheris (raro filamentis) in cylindrum coalita.

XX. GYNANDRIA. a *γυνὴ* femina, et *ἀνὴρ* maritus. Mariti cum femini monstrose connati. Stamina pistillis (non receptaculo) insident.

XXI. MONOECIA. a *μόνος* unicus, et *οἶκος* domus. Mares habitant cum fem. in eadem domo, sed diverso thalamo. Flores masculi et feminei in eadem planta sunt.

XXII. DIOECIA. Mares et feminae habitant in diversis thalamis et domiciliis. Flures mascuii in diversa planta a feminels nascuntur.

XXIII. POLYGAMIA. a *πολὺς*, et *γάμος* nuptiae. Mariti cum uxoribus et innuptis cohabitant in distinctis thalamis. Flores hermaphroditi et masculi aut feminei in eadem specia.

XXIV. CRYPTOGAMIA. a *κρυπτὸς* occultus, et *γάμος* nuptiae. Nuptiae clam celebrantur. Flores intra fructum, *vel singulari mode occultati* (*S. X. G. VI. S. XII.*) (vel parvitate oculos nostros suhterfugiunt. *S. I—II*).

ORDINES a Femiois seu Pistillis, ut classes a Maribus seu Staminibus, desumuntur; in Classe Syngenesiae autem a casteris differunt Ordines. E. gr.: Monogynia, Digynia, Trigynia etc., a *γυνὴ* femina, praepositis numeris graecis *μόνος*, *δίς*, *τρεῖς*, *τέσσαρες* etc., *i. e. Pistillum* 1, 2, 3, 4, etc. Numerus hic pistilli desumitur a Basi stylli; si stylus autem deficiat, a numero Stigmatum calculus fit.

Polygamia Aequalis (*Monogamia S. I. II.*) constat multis nuptiis, conjugia pura contrahentibus: — i. e. multis flosculis, staminibus et pistillis inalructis. — Flores ejusmodi maximam partem vulgo *Fluscutosi* (*Compositi S. II.*) dicuntur.

Polygamia Spuria (*Polygamia S. I. II.*), ubi thalami vere nuptarum discum occupant, et ambitum cingunt thalami concubinarum (*G. VI. S. XII.*, *autem*: meretricum) *maritis destitutarum*, *et a maritis uxoratis fuecundentur*: i. e. ubi flosculi hermaphroditi discum occupant, et marginem cingunt flosculi feminei, staminibus destituti, idque triplici modo:

(a.) Superflus dicitur, cum feminae maritatae fertiles sunt, et familiam propagare queunt; adeo ut *Concubinarum* (Meretr.) auxilium videatur superfluum: — i. s. cum flores disci hermaphroditi stigmate instruuntur et semina proferunt; flores quoque feminei radium constituentes similiter semina ferunt.

(b.) Frustranea dicitur, cum feminae maritatae fertiles sunt et speciem propagare queunt; *Concubinae* (Meretr.) autem ob defectum vulvae, veluti castratae, impraegnari nequeunt: — i. s. cum flores disci hermaphroditi stigmate instruuntur ut semina proferunt; flosculi vero radium constituentes, quum stigmate careant, semina proferre nequeunt.

(c.) Necessaria dicitur, cum feminae maritatae, ob genitalium labem si vulvae defectum steriles, familiam propagare nequeunt; *Concubinis* (Meretr.) a maritis feminarum foecundatis, uxorum locum supplentibus, sobolemque laete propagantibus: — i. s. cum flores hermaphroditi ob defectum stigmatis pistilli semina perficere nequeunt; flores autem femines in radio semina perfecta proferent.

(d.) Segregata, *cum thalami plurium, cujuscunque sexus et conjugii, ita uniuntur, ut unicum Thalamum communem constituant*: — *i. e. cum calyces floriferi plures comprehenduntur a calyce communi, ut unicum florem conficiant.* (*Ø. S. I—X.*)

---

1) *Obs.*: *Paucis mutatis, eadem exhibetur in S. II. VI., X., XII. et G. VI., nec non in S. I., ubi cum praecedentis tubulosi classibus in unum corpus conjuncta est, Folio Maximo, prout S. I. apparuit.*

PRAEFATIO GENERUM PLANTARUM [1]).

Haec non sola mihi patefecit opinio famae
Vulgatae, quaesita libris nec lectio prisca,
Sed Labor et Studium, quibus utia longa dierum
Postposui, *expertum rebus docuere probatum.*
[*Gen. I. II., et, unius. ult., G. V. VI.*]

RATIO OPERIS [2]).

1. OMNIA, quae a nobis vere dignosci possunt, dependent a clara Methodo, qua distinguimus similia a dissimilibus. Haec Methodus quo magis naturales comprehendit distinctiones, eo clarior rerum nobis nascitur idea. Quo circa plura versatur noster conceptus objecta, eo difficilius elaboratur methodus, at magis necessaria evadit. Nullibi tot objecta humanis sensibus objecit Summus Conditor, ac in Regno Vegetabili, quod totum istum, quem inhabitamus, globum tegit, replet. Ergo si ullibi pura methodus e re est, sane hic; si Vegetabilium claram ideam obtinere sperabimus: hinc Caesalpinus: „Nisi in ordines redigantur, et velut castrorum acies distribuantur in suas classes, omnia fluctuari necesse est."

2. Nota itaque ei sunt Vegetabilia, qui (§. 1) similia similibus conjungere, et dissimilia a dissimilibus separare novit.

3. BOTANICUS est ille, qui Vegetabilia similia similibus, et distincta distinctis Nominibus, cuicunque intelligibilibus, nosci (§ 2) nominare.

4. NOMINA (§. 3) Plantarum sunt GENERICA et (ubi plures species) SPECIFICA. Haec debent esse certa et fundata, nec vaga, lubrica vel varia applicabilia; qualia antequam esse possunt, necesse est ut sint imposita certis nec vagis generibus (§. 2. §. 6): bis enim vacillantibus vacillant et Nomina, ac per consequens Doctrina Botanici (§ 3).

5. SPECIES tot sunt, quot diversas et constantes (*G. VI*) formas in hoc globo (*G. I.*) ab initio produxit Infinitum Ens; quae deinde formae secundum generationis inditas leges produxere plures, sibi similes, quam quae fuere ab initio [3]). Ergo Species tot sunt, quot diversae formae seu structurae Plantarum, rejectis istis, quas locus vel casus parum differentes (Varietates) exhibuit, hodiernum occurrunt.

6. GENERA autem tot sunt, quot attributa communia proxima distinctarum specierum (§. 5), secundum quae in primordio creata fuere: confirmant haec revelata, inventa, observata. Hinc

Omnia Genera et *Species* (*G. G. VI.*) naturalia sunt. Non enim licet conjungere sub eodem genere Equum et Suem, licet ambae monungulae sint; nec Capreolum, Rangiferum et Alcen genere distinguere, licet cornuum figura differant. Generum itaque limites attenta et sedula observatione inquirere debemus, cum a priori difficilius determinentur, licet hoc opus, hic esset labor, nam „Confusis generibus omnia confundi necesse est." Caesalp.

7. A FACTIFICATIONE plantas distinguere in genera (§. 6) Infinitae Sapientiae placuisse detexit posterius aetas, at quidem primus, saeculi sui Ornamentum, Conradus Gesnerus, uti patet ex Epistolis ejus posthumis, ex tabulis per Camerarium editis. At primus, qui summam hoc inventum *cum publico communicavit* (*G. G. VI*) inque usum deduxit, Andreas Caesalpinus fuit. At exspirasset mox, nisi Ruberti Morisoni cura resuscitatum fuisset, et a Josepho Pittono Tournefortio ad Regulas Systematicas puras enutritum. Confirmarunt hoc deinceps quotquot fuere in arte Heroes.

8. Dato hocce fundamento (§ 7), hocce puncto fixu, mox in usum vertere, mox Systema struere aliaborarunt omnes hisce laboribus apti; omnes quidem eodem animo, et in eundem finem; at non omnes eodem cum successu. Paucis quippe notus fuit Canon fundamentalis, quem si nunc observant aediles, illico ruit prima oborta tempestate splendidissimum quamvis aedificium: Boerh. Inst. 31. *Docenti procedendum a generalibus ad singularia quaeque, dum inventa explicat; ut Inventori, contra, a singularibus ad generalia eundum fuit.* Assumpserunt enim Varii diversas partes Fructificationis pro principio Systematico, et cum eo secundum divisionis legos a Classibus per Ordines descendorunt ad Species usque, et hypotheticis ac arbitrariis his principiis fregerunt et dilacerarunt naturalia, nec *arbitraria* (*G. G. V. VI.*) (§ 6) genera; naturaeque vim intulerunt: e. gr. alius a Fructu negat genere conjungi posse Persicam et Amygdalum; alius a regularitate Petalorum negat Valerianam at Valerianoidem Ku. (*G. V. VI.*; Caprariam Boerh. et Fevillaei *G. I. II.*); alius a Numero negat Linum et Radiolam Dill.; *alius a Loculis Agrifolium T. et Dodonaeum Pl.* (*G. G. VI., ubi ipse L. disjunxit*); alius a Sexu negat Urticam androgynam et sexu distinctam etc. Genere inter se combinari posse; quod si, dicunt, non classe conjungi possunt, multo minus genere; sed non observant se construxisse Classes qualescunque, ipsum vero Creatorem Genera. Hinc tot falsa genera! tot controversiae inter Authores! tot mala nomina! tanta confusio! Imo eo tandem redacta est res, ut, quoties surgat novus Systematicus, toties horreat orbis Botanicorum. Et nescio sane ipse, num plus damni vel emolumenti attulerint Systematici; certe si indoeti conferantur cum doctis, longo plures fuere. Dolent haec fata Medici, Pharmacopoei, Hortulani, nec sine ratione. Fateor Theoria eorum quod optima esset, si modo Summo conditori placuisset omnes Fructificationes ejusdem generis aequo similes inter se produxisse ac individua ejusdem speciei. Quod cum factum non sit, nihil superest aufugii, quin Nos, qui naturae Magistri esse non possumus, nec secundum nostrum conceptum omnes plantas iterum creare, Nosmetipsos Naturae subjiciamus, Notasque plantis inscriptas solerti studio legere addiscamus. Si singula differens nota fructificationis sufficiens dijudicaretur pro distinguendo genere, quid haesitaremus extemplo tot proclamare genera, quot fere sunt species, vix enim noti nobis sunt duorum specierum flores, inter se adeo similes, quin aliqua intercedat differentia. Et allaboravi quoque quondam a solo flore etiam differentias specificas tradere omnes, licet, facilior cum detur via, minus fructuose conamine. Agnoscenda itaque suadeo omnibus Botanicis sanis, si quae certitudo

---

1) *Obs.*: *Perpaucis mutatis, quae notavimus, eadem in Gener. ed. I — VI.*

2) *Curiosum satis nobis videntur Dedicationes variarum Editionum reproducere, quae sequentes sunt.*

Gen. I.: Viro illustriss. summoque medico Hermanno Boerhaave. Nullum profecto decet quaerere aliud patrocinium, quod hoste tueri possit flores, quam tuum, Vir illustris, praeclarum Nomen. Tu enim primus et unicus fuisti, qui in constituendis plantarum generibus partes omnes fructificationis, rejectis iudiciis secundis, attribuisti. Quantum promoveris rem botanicam, abunde testatur Hortus Lugduno-Batavus, per Tu numero plantarum duplo auctior. Tua vel in frigidis terris resonantia merita stimulos addidere mihi, ut Tui ad exemplum solis observationibus insitens huic per decennium haud defatigandus continuaverim labores. Infinitas Tibi jam dudum persolverunt grates vel summi in Arte Viri, quod divina Tua cum orbe litterario communicare voluerit singulari eruditione et concinna dictione elaborata scripta. Nonne Tibi quoque debetur summa laus, quod egregia praeclarissimorum virorum opera jamjam peritura dederis immortalitati, Vaillantii videlicet, Swammerdammii, ut taceam Aliorum? Tu igitur qui Aliorum opera tanto studio prosequeris, nec hocce parvum opusculum tueri dedigneris. Accipias illud, ut me hactenus consuevisti, serena fronte, nec eum, qui Tuus esse studet, favore prosequi desinas. Vale.

Gen. II., V.: Excellentiss. Celsissimoque comiti, Dom. Carolo Gustavo Tessin, regis regnique Sueciae Senatori, Maecenati maximo — ob summa ut plane Divina in me collata beneficia, gratus haec genera, in perennem memoriam, devotissimo animo consecro.

Gen. VI.: Excellentiss. Celsissimoque Comiti ac Dom., Dom. Andr. J. v. Köpken, Regis Regnique Senatori, Regiae Cancellariae Praesidi, Acad. Upsal. Cancellario, Ord. reg. Equiti et Commendatori. In perennem gratiam erga optimum Evergetam, qui solvit senescentem maturo equum, ne curreret ad extremum ridendus et ilia duceret, hoc opus devotissime consecrat — C. v. L.

3) *Ante Ed. VI. contrarium enunciavit L. additis verbis*: — prod. plures, at sibi semper similes, ut species nunc nobis non sint plures, quam quae fuere ab initio.

unquam in arte desideretur „Genera e Species esse naturalia omnia," sine quo assumpto principio nulla salus in arte potest obtineri. Vide Fund. Bot. §. 132. 157. *S. I—VI. praef.* § 1—4. *(G. I. II.)* — *Supponamus, D. T. O. ab initio creasse unicam tantum speciem e quovis genere. Supponamus etiam has primas Species dein (vel in primordio, vel in tempore) ab alior. generum speciebus foecundatas; sequeretur inde, quod plures orirentur Species, dum hae Floris structura evaderent quodammodo Matri similes, ut Herbae structura Patri. Confer. Am. acad. 6. p. 279.* — *(G. I.)*

9. Assumpto hocce postulato (§. 8) procedant secundum suam Methodum singuli; dividant Genera haec in Ordines et Classes; Caesalpinus, Hermannus, Rajus, Knaut p. a fructu, Tournefortius a figura Corollae, Rivinus a numero et aequalitate Petalorum, Magnol a Calyco, et nil noxae adferent hae methodi omnes: sed contra, si bene elaboratae, summam utilitatem: dum videre licet, quantum haec vel illa pars fructificationis considerata valeat in his vel illis Classibus Naturalibus. Parum refert, qua methodo potestis pervenire ad genera facillima via. Ista reliquis praeferenda est, quae certiori transite securius ad ea ducit, quaeque maxime universalis est; vix enim credo ullos facili adeo natos esse memoria, ut, absque Systemate, genera tenere queant. Methodus itaque erit viae dux; Ordines enim sunt Classes subalternae: et pauca distinguere genera facilius esse, quam omnia, nullus inficias ibit. Non quidem nego aequo dari Classes naturales ac Genera naturalia; nan nego quin methodus naturalis et nostrae et omnium inventarum methodis longe praeferri deberet; sed rideo omnes methodos naturales hactenus exclamatas, et in me defensionem provocatus suscipio, quod nulla, ne unica classis, antea data, in ullo systemato, naturalis sit, quamdiu ista genera istique characteres, qui jam sunt, sub iisdem militant. Facile est maximam *(G. V. VI.) (plus quam dimidiam G. I. II.)* notorum generum partem ad suos Classes amandare, at eo difficilius reliqua. Nec spernere fas est, quod nostra aetas Systema quoddam Naturale videre queat, et vix aeri Nepotes. Attamen plantas nosse studeamus; ideoque interim Artificiales assumendae sunt Classes et Succedaneae.

CLASSES NATURALES omnibus arriderent, modo quis eorum characteres eruere posset; has autem sistere absque characlere propria genera comprehendente et aliena removente, esset idem, ac omnem methodum rejicere et ad accensam facem velle coecutire. Veteres tempore Bauhinorum arcte classibus naturalibus adhaerebant, sed deficiebat character nondum rite detectis fructificationis partibus, usque dum Tournef. clara fructificationis tuce descendebat ad obscura antea genera. Ex. gratia: Convenit necesse est ordine naturali Melianthus, Epimedium, Hypecoum, Fumaria, Impatiens, Utricularia etc., sed quis ex ulla fructificationis parte dabit characterem combinantem et distinguentem? Flores Compositi comprehendant Corymbium calyce uniflore, Erigeri speciem filamentis 4, Kohliam antheris distinctis, Strumpfiam fructu baccato: quis unquam potuit dare characterem hos determinantem nec alios? — *[Gen. VI.]*

10. Assumptis Generibus naturalibus (§. 6. 7.) ad ea tenenda pura et inculcata duo requiruntur, ut scilicet vrae Species, nec aliae, ad sua genera reducantur, utqua Genera singula veris circumscribantur limitibus et terminis, quos Characteres vocamus genericos.

11. Characteres hos (§. 10.) dum Authores evolvo, reperio nullos certos et fixos ante Tournefortium, ut ipsi non immerito inventionis gloriam circa Genera concedero debeam; dedere et alii Systematici aliarum Sectarum, ego tamen nullos Antecessorum intelligo praeter Tourn., eorumque, qui ejus vestigia presserunt, uti Plumierus, Petitus, Boerhauvius, Vaillantius, Dillenius, Ruppius, Pontedera, Buxbaumius, Michelius et pauci Alii; quorum quidem plures, quatovis a Classibus et Ordinibus seu methodo Tournefortiana recesserint, in Generibus tamen ejus asseclae fuere. Assumpsit Tournef Petala et Fructum pro notis generum diagnosticis, nec partes alias; assumpsere et eaadem ejus asseclae fere omnes; at Recentiores, obruti copia novorum nuperque detectorum generum, has partes solas pro generibus omnibus distinguendis non sufficere intellexerunt, ac inde ad habitum faciemque plantarum: folia puta, situm floris, caulem, radicem etc. confugere sese coactos crediderunt, id est, recessere a fundamento fructificationis (§. 7.), et ad priorem barbariem descenderunt. Quod quam malo amine factum, facile esset demonstrata, si locus et tempus haec in praesenti non prolùberent. Quidquid demum sit, tamen agnoscam partes has non sufficientes esse,[1]) *a Tourn. descriptas, ut (G. V. VI.)*, si sola petala et fructus vota hic ferant, et ego omne fructificationis mysterium negarem, respuerenque. Sed quaeso, quae docuit unquam ratio, quod a solis hisce Notae sint petendae? quae docuit unquam autopsia? quae revelatio? quae a priori vel posteriori desumpta argumenta? sane nulla, *nisi nuda auctoritas (S. G. VI.)*. Auctoritatem agnoscimus nullam nisi autopsiam solam in Re herbaria; nonne nobis patent longe plures in fructificatinne partes? cur illae agnoscendae, aliae non? nonne idem, qui creavit istas, creavit et reliquas? nonne aliae aeque necessariae sunt partes in fructificatione ac *unquam* illae? patent nobis Calycis 1. Involucrum. 2. Spatha. 3 Periantbium. 4. Amentum. 5. Gluma. 6. Calyptra. Corollae 7. Tubus seu Ungues. 8 Limbus. 9. Nectarium. Staminum 10. Filamenta. 11. Antherae. Pistilli 12 Germen. 13 Stylus. 14. Stigma. Pericarpii 15. Capsula. 16. Siliqua. 17. Legumen. 18. Nux. 19. Drupa. 20. Bacca. 21. Pomum. Semen 22. ejusque 23. Corona. Receptaculum 24. fructificationis, 25. floris, 26. fructus. Plures sane hic partes, hic litterae, quam in litteris linguarum seu alphabetis. Hae Notae omnes sunt nobis totidem litterae vegetabilium, ex quibus lectis characteres (§. 10.) addiscamus plantarum; has inscripsit Conditor; has legere nostrum erit studium.

12. TOURNEFORTIUS suis characteribus stupenda praestitit, cum vero dein detecta sunt tot tamque multa et nova genera, nostrum erit ejus principiis quidem inhaerere, sed ea sugere novis inventis, ut scientia accrescat. *(Gen. I.)*

[Tournefortianis nihil detraho meritis optimis; nego tamen ejus Characteres perfectos esse, nego ex iis distingui posse genera. Neque ejus characteres aliis praeferrem; nisi figuras seu Icones addidisset fructificationum, quae ejus genera magis intelligibilia reddidere. Et si non plura in his detexisset Pictor, quam Author in definitione, longe pauciores habuisset asseclas. In figuris ejus plurimis elucent plures partes, plures notae, figura floris etc. quam ex descriptione. — *Gen. I. II. V.*]

13. Icones *solas (G. VI.)* pro determinandis generibus non commendo, *sed absolute rejicio. licet fatear has magis gratas esse pueris, iisque qui plus habent rapitis quam cerebri; fateor has idiotis aliquid imponere*[2]). Antequam litterarum mortalibus innotuit usus, necessarium fuit omnia picturis exprimere, ubi oris sonus praesens esse non potuit, at inventis his facilior certiorque datur via communicandi ideas scriptis. Sic etiam in Botanicis ante detectas litteras (§. 11.) figurae hae auxilium praebuere summum; ot datis his compendiosiori itur via; nobis sant litterae *ultra* viginti sex (§. 11.,), quibus scribamus nostras Ideas.

α. Ab Icone enim quis potest unquam aliquod argumentum firmum desumere, sed a verbis scriptis facillime.

β. Si generis cujusdam characterem in npere aliquo in usum traherem recenseremque, non possum semper commode Iconem depingere, incidere, imprimere, exprimereque, at descriptionem facillime.

γ. Si in eodem genere, ut in plurimis, differrent partes, uti numero vel figura inter se in dictis speciebus, tenerer tamen tradere partium situm et proportionem. Non possum haec ullo modo exprimere Icone, nisi totidem darem figuras. Si itaque 50 essent species, *et totidem differentes (S. G. VI.)*, totidemque deberem tradere picturas; quis ex hisce tam multis ullam certitudinem elicere posset; at in descriptinne differentes partes silere, convenientes describere facilior longe est labor, intellectuque facillimus.

---

1) *In G. I. II. add. ...idemque tam clare demonstravit Heisterus ut plura addere supervacuum. Et sane si" — etc.*

2) *Verba haec diminuit in G. V., plane omisit in G. VI.*

14. Verbis itaque tentablmus omnes exprimere notas aeque clare, si non clarius, ac alii splondidissimis suis iconibus. Huic viae institit primus incomparabilis Boerhaavius; ea autem incedere cum eo via, quam patefecit, tentavit nemo; *mori hominum conceptus; atiri oculi sole meridiano caecutientes! (Ø. G. V. VI.)*

15. Triplici modo obtinentur Characteres (§. 11.) Generici; Factitii scilicet, Essentialon et Naturalas. Vide Fund. Botan §. 186—302.

16. Factitius (§ 15.) Character unicnm notam generi imponit, qua unum a reliquis sub eodem Ordine militantibus (non ab aliis) distinguere teuetur. Charncter ejusmodi est intellectu omnium facillimus, et instituitur per Dichotomias seu Tabulas Synopticas, uti n Rajo (in praecedentibus Synopsis editionibus), Knautio, Kramero dati. Sane si nulla unquam dubin moverentur de Classe vel Ordine, et omnia in rerum natura nxistentia Genera detecta essent, reliquis facilior foret; quao cum detecta non sint, nec esse possint, fallit et fallitur; cum alioquin Genus aliquod detegitur novum, fallaces evadunt proximi ot quotquot a ramo, cui annecti debet, enati sunt charncteres.

17. Essentialis (§. 15.) Character notam generi, cui applicatur, unicam propriissimam subministrat. Hic commendat se brevitate et certitudine, uti in Parnassia, Nigella, Helleboro, Ranunculo, Aconito a solis nectariis facillime percipitur. Sed an obtinari unquam queat in omnibus generibus, maxime haereo; vellem enim essentiales videre Characteres in Umbelliferis, aliisquo.

18. Naturales (§. 15.) itaque heic trado Characteres, qui notas omnes in fructificntione obvias ot communes exhibent: Tales ante me quantum novi, dedit nullus. *(Hoc tamen vidit, ut diximus, incomparabilis Boerhaavius. — G. I.)*. Usus et praerogntivao Characteris Naturalis sunt:

α. Applicabilis est ejusmodi Character Methodis omnibus datis et dandis, si modo indestrnctibili fundamento fructificationis superstructum sit Systema. Desumat qnis Methodum vel n calyce, vel corolla, vel staminibus, vel pistillis, vel fructu: idem tamen erit nobis Character nnturalis, ubi idem genus. — Antea necesse fuit tot componere Characteres omnium generum, quot prodiero Systemata; hocce autem dato, non item.

β. Si vel mille detegerentur novn Genera, non unicam Notam eam ob causnm Generi Nnturali proximo vel addere vel auferre necesse est, uti in nliis omnibus inevitabile fuit.

γ. Distincte potest tradi nbsque methodo hic Character seu Generis haec definitio, in quocunque libro placeret, aeque perfecte teneri et intelligi, ac dum sub sua militabat classe.

δ. Exprimit eandem ideam, si vel nomina millies nntarentur.

ε. Plures vides notas, quam quibus necessario nb aliis distingui debet subjectum Genus: hae confirmant Te certum habere Genus, nec aliud. An uotao aliquao superfluae sint, si omnia detecta essent Genera, serus determinabit dies.

19. Natas in describendo singulas partes fructificationis selegi certas et reales, nec vagas vel lubricas. Assumsere alii saepe saporem, odorem, colorem, magnitudinem (absque proportione). Has apud me allegatas nunquam videbis, sed tantum quntuor ista certa et firma principia mechanica: Numerum, Figuram, Situm et Proportionem. Haec quatuor Attributa, cum Litteris istis viginti sex (§. 11.) distinguunt Genera adeo certe a se invicem ut ne quid supra; non deficiuat notae pro generibus determinandis, hisce solis consideratis; sed superfluao forent reliquae, nec cogit ulla necessitas ad hnbitum plantarum confugere, *qui matus est (G. I I.)*.

20. In Charactero ejusmodi conficiendo assumendne sunt omnes detectae Species; Notae quntuor (§. 19) in omnibus partibus fructificationis obviae probe sunt descriheudae: quaeque non conveniunt Speciebus omnibus excludendae, et convenientes solae retinendae. Cumque non uoi detur hominі omnes videre Species, debet ille, qui plures videt, notasque in istis differentes observat, has in charactern excindere, at tandem Posteri absolutos videant labores.

21. Minimas Fructificationis scrutari partes difficultatem plurimis molestam fora, certe iis, qui absque labore detrinam desiderant, prnevideo; nihilominus certiorem dari viam nullam spondeo: o. gr. Nullus mihi negnbit, quin nuimalla omnia, etiam Insecta, n Nota inscripta vel Structura dignosci debeant; si itaque Insectum esset odeo parvum, ut vix oculis percipi posset, tamen ejus partes lustrare debes, antequam scire queas, num Monoculus sit, vel Acarus; sic otiam in plantis. Omnia, quao descripsi nudo, nec armato, oculo vidi; nec alteri difficilior nobis erit labor, at gratus et jucundus.

22. Florem longe praeferridebere Fructui intellexi in determinandis Generibus, licet aliter longo sentiant Alii; quodque Nectania majoris essent considerationis pro determinandis Generibus, quum fere pars ulis alia, licet tantopere neglecta et nihili habita ab Aliis, imo nn nomina quidem distincta.

23. Nomina nullum terreant nova, sed si ea non placerent, nova ipso fingo, vel Synonyma allegata retine, si magis arrideant. Rationes cur ea mutavi, dedi in *Critica Botnnica* [1]).

24. Authoribus nullis fidem adhibui pnoter Dillenio in Horto Elthamensi, Rheedo in H. Malabarico, quos nccuratos esse observavi: et Plumerio in Americanis, *(minori tamen fide digno, nttamen necessario, Ø. G. I I.)* ubi nulli alii ernnt Authores. Distinxi tamen caute. Asterisco *. ndposui, ubi plantas vivas examinare licuit: Cancer ※ ubi siccas nolum habere potui; at nullam notam, ubi nil vidi Authoribus fisus, eorumque, quantum videre licuit, claris iconibus.

25. Paucissimis quibus potui verbis ideas mens expressi, sollicitus magis de ponderosis, quam pomposis, ot eloquentibus latinitatis flosculis.

26. Terminis paucis Artis usus num, nec fere aliis, quam qui cuique notissimi; longitudinis notam nunquam uisi respectivam ad reliquas partes allegavi. Ubi dubia occurrebant, magis sollicitus fui vanis nltercationibus nn eripere, quam bis miscere, e. gr. ubi dubium de Calyce et Corolla fuit. Secundum modum solis inflexum esse florem, vel contra eundem, ex conceptu vulgi dixi; quod aliis dicitur a sinistris dextrorsum; vel contra.

27. Species heic notias trado; quos dignoscere facillimum erit Botanico ex datis Characteribus; qui has desiderat ex mens principiis, eas partim in Flora Lapponica quaerat, sed maximum numerum ex Horto Cliffortiano petat. *(G. I. II.)* — *Spec. sub generibus militantes dedi in Speciebus Plantarum (G. V. VI.).*

28. Partium fructificationis Definitiones brevitati studens dare supersedeo, cum cuique examinanti unum alterumve florem facile patescant, vel solum ex Schemate in Systemate Naturae exhibito *(G. I II.)*. — *P. f. D. confcnatae n tyronibus in Philos. botanica (G. V. VI.).*

29. Usum Systematis alicujus Botanici nn tyronibus quidem commendare fas est, cum absque eo nulla in Botanicis detur certitudo. Introeant hortum exoticis plantis et incognitis refertissimum, eumque simul Bibliotheca Botanica optima instructnm, duo curiosi, alter Systemnticus, alter Empiricus, cum ille facile redigit plantas ex lectis in fructificatione litteris (§. 11.) nd suam Classem, Ordinem ot Genus, quo dato pnncae restant species distinguendae; tenetur nlter omnes evolvere libros, omnes perlegero descriptiones, et figuras omnes aspicere infinito labore; nec de planta, nisi casu, certus liet.

30. Plura praefari superfluum duco. Rationem et leges theoriae nostrae qui desiderat, ndeat Fundamenta nostra *et Philosophiam (G. V. I I.)* Botanicam, quique do Methodo nostra sexuali plura velit, evolvnt Systemn nostrum Naturae, *in quo tripliri modo Classes explicovimus, methodiqne nostrae valorem a priori demonstravimus per Sexum plantarum, cum usu Classium Naturalium generali (Ø. G. I I.)* [2]).

31. (Ø. G. VI.) Sumas itaque hos nostros per decennium labores durissimos, eosque justus rerum censor aequi bonique consulas: scias hos non esse hujus aetatis, vix centum annum: scivimus et hoc ipsi proinde annis illos serio destinavimus, at labore exhausti, Amicorum consiliis suasi, longorum molimnnum

1) *G. I.:* — „tradam in Critica botan., quae nunc typum subit eundem, et majoris forte erunt aumenta, quam primo intuitu augurares, mea argumenta."

2) *cf. supra p.* 1—3. *Edd. nostr.* R.

inopinatis saepe fatis edocti, summam edendi occasionem arripimus; obtulit enim museum, hortum, itinerum impensas, vitam optatissimam, beatissimamque Magnus noster Maecenas, aeternaeque venerationis Nob. et Geneross. D. D. Georg Clifford J. U. D. praestitit. — [Tota § ϑ. G. VI.]

32. Restat ut ultimo ipsis debitas reddam gratias, qui raras plantas pro examine communicarunt. Hi fuere O. Rudbeck, Prof. Bot. Ups.; O. Celsius, Prof. Th. Ups.; K. Stobaeus, Prof. Hist. Lund.; J. H. Sprekelsen, J. H. L. Hamburg.; G. Clifford. J. U. D.; J. F. Gronovius, M. D. Lugd. Bat.; J. Burmannus, Prof. Bot. Amstel.; A. v. Royen, Prof. Bot. Lugd. Bat.; J. J. Dillenius, Prof. Bot. Oxon.; H. Sloane, Praef. Soc. R. Angl.; Ph. Miller, Praef. hort. Chelseensis; *Anton. et Bernh. Jussieu Fratres, Professores Parisini. (G. II.)* Hisce vale L. C. et fruere. Dabam ex Museo Cliffortiano 1736. Novemb. 20. — [*Tota* §. ϑ. *G V. VI.*]

In hac editione disposuimus genera secundum eandem seriem, qua usi sumus in speciebus plantarum (Ed. I.); Varios errores typographicos emendavimus; citationes auctorum pro determinandis speciebus expunximus [1]***); vocabula** nonnulla **terminis magis aptis permutavimus; varias novas observationes adjecimus, recentiora genera plurimaque nova suis locis inseruimus. — Upsaliae** 1754. ***d.*** 24. ***Junii ex Museo. — [Gen. V.]***

In hoc editione varia emendavimus, imprimis adjecimus characteres omnium novor generum, quorum plantas recensuimus in Speciebus plantarum II. editionis. — Upsaliae 1763. d. 20. Dec. — [*Gen. VI.*]

Opera Domini omnia sunt optima,
nec licet dicere, quid hoc, quorsum hoc?
Omnia enim in usus suos creata sunt.
Syrach. 39. 21. 26. [*G. VI.*]

QUAERENDA. [2]) Omnes Botanicos quaero, num liceat sequentia conjungere Genera; affinia valde sunt; et sic certe mihi videtur. — Canna: Maranta. — Veronica: Paederota. — Salvia: Rosmarinus. — Valeriana: Boerhaavia. — Gladiolus: Antholyza. — Scirpus: Cyperus, Eriophorum. — Bromus: Festuca. — *Galium: Aparine.* — Asperula: Sherardia, Spermacoce. — Ammannia: Isnarda. — Alchemilla: Aphanes. — Amaranthus: Achyranthes. — Primula: Androsace. — Lysimachia: Anagallis, Trientalis. — *Lonicera: Diervilla.* — Solanum: Capsicum. — Convolvulus: Ipomoea. — Hedera: Vitis. — Cameraria: Tabernaemontana, Plumieria, Vinca, Nerium. — Sanicula: Astrantia. — *Viburnum: Tinus, Opulus.* — *Cassine: Maurocena.* — *Rhus. Cotinus.* — Aloe: Yucca. — *Allium: Cepa, Porrum.* — *Bistorta: Polygonum, Helxine.* — Cassia: Parkinsonia. — Erica: Andromeda. — Mitella: Heuchera. — Bannisteria: Triopteris. — *Agrostemma: Coronaria.* — Lychnis: Cucubalus, Silene. — Sedum: Sempervivum, Rhodiola, Tillea, Crassula, Cotyledon. — Mespilus: Crataegus, Sorbus. — *Spiraea: Filipendula, Aruncus.* — *Prunus: Cerasus.* — Potentilla: Tormentilla. — Euphorbia: Dalechampia. — Papaver: Argemone, Chelidonium, Bocconia. — *Capparis: Breynia.* — Triumphetta: Heliocarpos. — Ranunculus: Myosuros. — Marrubium: Ballota, Molucella. — Poterium: Sanguisorba. — Ulmus: Bosia. — *Portulaca. Anacampseros.* — Tribulus: Fagonia. — Astralagus: *Tragacantha, Biserrula.* — Alsine: Cerastium. — *Anemone: Pulsatilla.* — Ononis: Crotalaria. — Hottonia: Samolus. — *Ophrys: Neottia, Herminium.* — Jasminum: Ligustrum. — *Kleinia: Porophyllum.* — Cupressus: Thuya. — Nigella: Garidella. — *Esculus: Pavia.*

PRAEFATIO COROLLARII GENERUM.

— LECTORI BOTANICO AUTHOR. —

Ab eo tempore, quo ante semestre spatium Genera mea plantarum (ed. I.), ex omnibus fructificationis partibus desumta Tecum communicavi, non modo plurima mihi innotuere, maxima ex parte nova, genera, sed et mecum plura communicare non gravati sunt varii Celeberrimi Botanici: me itaque rem Tibi non ingratam praestare animo, dum et haec publici juris facio. Cum Characteres hi nil nisi descriptiones generum sint, cuique patet, quae nostros aliorumque intercedat differentia: eadem scilicet, quae specierum Descriptiones cum Nominibus Specificis; Differentiae enim specificae tot modo notas sistunt, quot necessario requiruntur ad distinguendas species detectas a congeneribus: si vero plures admittant, culpam incurrunt; Descriptiones vero specierum exhibent omnes differentias quae existunt, adeoque persistit inconcussa descriptio semper, licet myriades novarum detegerentur specierum, dum Nomen Specificum, quod exclusit modo notas species a novis detectis, insufficiens evadit; ne dicam quod descriptio speciei, si in se ipsa perfecta sit, fundamentum contineat omnis differentiae nominis specifici. Pari modo se habeat characteres, qui, si uti nostri, descriptiones sunt, nullam subeunt (quatenus perfecti sint) metamorphosin ob nova detegenda in futurum genera, dum alii, qui non plures notas suppeditant, quam necessario requiruntur ad distinguendum propositum genus ab aliis modo notis, non possunt non deficere, novis detectis, nec praevisis antea, generibus. Notas minimas in minimis floribus, et ubi parvi sunt flores, ne quidem obtuse intuentibus fructificationes nauseam excitaturas, dum a nobis allegantur, speramus; cum Summo Conditori tales placuit nobis objicere, certe non iis displicebunt, qui proprio periculo experti sunt, quoties fefellerit genus, ubi minimarum partium in his destitit ipsis notitia. Mihi certe nulla unquam absoluta notitia ullius generis, nisi omnium partium fructificationis innotuerit structura, imo vix in istis generibus, ubi essentiales occurrunt Characteres. Species generum nostrorum, tam horum quam praecedentium dedimus magna ex parte in Horto Cliffortiano, paucis quibusdam exceptis, quas aliquando V. D. publici juris facere in animum induximus, et quibusdam rarissimis ex America Gronovianis, quas Clarissimus Author ipse sistere non gravabitur. Ultimo Methodum nostram Sexualem sistimus, parum reformatam et emendatam; quod paucissima hic alio tradantur ordine, quam olim a nobis factum, illi certe mirum non erit, qui norit et nos sylvam intrasse antea nullius tritam pede.

PRAEFATIO METHODI SEXUALIS.

L. Bot. A. Sisto hic nomina generum plantar. a nobis descriptorum ad proprias suas Classes et Ordines redacta, ut habeatur Systema a sexu plantarum desumtum continuata serie. Numeros singulis nominibus adjeci, qui indicant characterem sub eodem numero in Generibus plantarum vel Corollario reperiri. Quae genera se invicem proxime excipiant sub singulo ordine res indifferens est, nisi in iis fragmenta aliqua methodi naturalis lateant, quae servanda sunt. Ordines longiores, non ex lege systematica, sed solum ut Tyronibus inservirem, subdivisi. Pauca aliquot genera aliter hic a nobis disposita sunt: caussa est, quod Dies diem docuit. Classium Ordinumque definitiones et clavem methodi dedimus in Systemate Naturae. Vale. Dabam 1737. Septembris 2. Amstelodami.

PRAEFATIO SPECIERUM PLANTARUM [3]).

(Obs. Praeter pauca addita vel omissa plane in Ed. II. ut in Ed. I.)

HOMO sui conscius observat MUNDUM, Omnipotentis theatrum, undique adornatum summis omnisciae Sapien-

1) *Obs. Hos et nos omisimus, ubi collatis Sp. pl., illic eas tabulas invenimus. Alioqui non. R.*

2) *Obs. Haec „Quaerenda" tantum in Gen. II. inveniuntur, et ex parte plane supervacanea videntur, quum Linn. plura ex his gener. nemp omnia, quae litteris cursivis expressimus sensus ipse conjunxerit.*

3) *Etiam heic pretiosa Linnaei verba perirent, si Dedicationem utriusque Editionis praetermitteremus, quam sequentibus conati sumus e sermone quo conscripta est vernaculo in latinum vertere:*

„Potentissimi et gratiosissimi Rex Reginaque, ADOLPHE FRIDERICH, LUISA ULRICA, Sveciae. Gothiae et Vandaliae Rex et Regina!"

tiae miraculis, se vero in hunc tamquam Hospitem introductum, ut hisce deliciis sese delectando magnificentiam Domini agnoscat. Indignus profecto is censendus hospes, qui, pecoris instar, tantum gulae inservit, nec magnalia Possessoris intueri atque aestimare novit.

HOSPITES ut digni evadamus orbis, opera haec Creatoris scrutari nobis necesse est, quae ita cum nostris commodis combinavit summum Ens, ut eis, unde omnia nostra bona desumimus, carere ulla ratione queamus; et qua magis haec intelligimus, eo etiam plura in usum generis nostri humani cedunt.

COGNITIONEM horum ut rite acquiramus, singula distincta Idea et distincto Nomine complecti oportet, quibus sepositis copia rerum nos obruat necesse est, et commercium omne, deficiente communi lingua, cessabit.

SCIENTIA NATURAE inde inter Homines nata est, quae comprehendit sub Physica et Chemia Elementa: sub Zoologia, Botanica, Lithologia tria Naturae regna.

REI HERBARIAE hoc libare iubet, quae quondam paucarum plantarum erat Scientia; hodie vero copia detectorum evasit omnium amplissima.

INVENTORUM recentioris aevi indefessis laboribus notitiam debemus plurium Plantarum, quam omnibus priscorum temporum eruditis, inter quos imprimis nominandi Cisius, Columna, Bauhini, Hermannus Rheede, — *Rumphius*, *Sloane (ed. I.)*, Sherardus, Rajus, Plukenetius, Tournefortius, Plumierus, Vaillantius, Dillenius, *Burmannus*, *Gronovius*, *Royenus (ed. I)*, Gmelinus, *Millerus*, *Brownius*, *Jacquinius* (*ed. I.*) et alii.

NOTITIA plantarum constabat quondam Nominibus arbitrariis, memoriae tabulae infixis, quam vacillantem Icones sublevabant.

SYSTEMATICORUM sapientia indagavit ordinem, qui memoriae succurreret, et scientiam solidis fundamentis inaedificaret, quem debemus Principibus Viris Gesnero, Caesalpino, Bauhino, Morisono, Hermanno, Tournefortio, Vaillantio, Dillenio, aliisque.

ARIADNEUM hoc filum Systematicorum terminatur Generibus, quod tentavi ad Species usque extendere, confectis legitimis harum differentiis, ut etiam in hisce sus sibi constaret certitudo, quum omnis vera cognitio cogaitiona *specifica* („specierum" *Ed. I.*) iunitatur: hac enim deficiente vacillat et historia, ut in plerisque Peregrinatorum diariis.

SPECIES plantarum ut mihi familiares redderem, peragravi Alpes Lappouicas, totam Sveciam, partem Norvegiae, Daniae, Germaniae, Belgii, Angliae, Galliae; perquisivi deinde HORTOS Botanicos: Parisinum, Oxoniensem, Chelsejanum, Hartecampensem, Leidensem, Ultrajectinum, Amstelaedamensem, Upsaliensem aliosque: evolvi etiam HERBARIA Burseri, Hermanni, Cliffortii, Burmanni, *Oldenlandi*, Gronovii, Royeni, Sloanei, Sherardi, Bobarti, Milleri, Tournefortii, Vaillantii, Jussiaei, Suriani, Baeckii, *Brunelii* etc. Meo suasu DISCIPULI quoodam dilectissimi: P. Kalmius Canadam, F. Hasselquist Aegyptum, P. Osbeck Chinam, — *Toren Suvatte*, *Solander Angliam*, *Alstroemer Europam australem*, *Martin Spitsbergam*, *Pontin Molnbariam*, *Koehler Italiam*, *Forskahl Orientem* (*D. Sp. I.*), P. Loefling Hispaniam, Montin Lapponiam adieruut, plantasque iectas mecum communicaruut. E variis terris demum misere Amici BOTANICI semina plantasque siccas non paucas, uti B. Jussieu, Royenus, J. Gesnerus, Wachendorfius, Sibtorpius, Montius, Gleditschius, Kraschenninikoffius, Minuartius, Velezius, — *Kleinhoff*, *Ortega*, *Ellis*, *Seguier*, *Allionius*, *Zanius*, *Gouanus*, *Gerardus* (*D. Ed. I.*), nec non O. Munchhausen L. B.; S. C. Bieike, L. B.; J. Rathgeb, Equ.; Demidoff Nob.; Collinson, *Toren (Ed. I.)*, Braad, aliique. Clifford omnes, quas in duplo habait; Lagerström Indiae orientalis plurimas; Gronovius plerasque Virginicas; Gmelinus Sibiricas facile omnes. *Burmannus praeter plurimos proprios et intuendos misit Capenses Oldenlandi* (*D. Ed. I.*); at Saavagesius integrum suum thesaurum plantarum dedit, exempio raro et inaudito, unde factum, ut copiam plantarum obtinuerim non mediocrem.

DIFFERENTIAS Specificas antehac Plantis non paucis imposui in Flora Lapponica, Svecica, Zeylanica; in Horto Cliffortiano, Upsaliensi. Iisdem principiis institere praestantissimi Botanici Gronovius, Royenus, Wachendorff, Gorter, *Jacquin*, Colden, Hill, *Hudson*. *Gouan*, Dalibard, *Kramer*, *Leyser*, *Meese*. *Lee*, Le Monier, Gvettard, Saavages, inque non paucis Hallerus, Gmelinas, *Allianius*, *Seguier*, *Scopoli*, *Gerard*, *Burmannus*, [*Sp. II.*, *quae litt. curs.*] aliique, quorum opera plurimae Species evasere ratae et evidentes.

NOMINA haec, passim dispersa, in gratiam studiosorum consultum duxi colligere, acquisitas dein plantas addere, inque unum Systema redncere; at vero plnribus Speciebus observatis, praestantioribus notis detectis, aptioribus Terminis cusis, debui interdum differentias emendare, antea quamvis optimas.

Characteres essentiales pro NOMINE SPECIFICO constituere non levidense opus est; requirit enim Specierum plurium accuratam *collationem* (cognitionem, *ed. I.*), harum attentissimam partium indagationem, differentium selectionem, Terminorum denique artis propriam applicationem, ut evadant compendiosissimi tutissimique.

NON VISA plantas hoic omisi, toties elusas ab auctoribus, ne dubia certissimis miscerem; si vero aliquando contigerit non sufficienter inspexisse plantam, vel specimen imperfectum obtinuisse, signo † hoc notavi, ut alii eandem accuratius examinent.

Non nominatas in hoc Libello plantas, siquis ad me mittere velit, eas in proxima editione V. D. recenseba cum honorifica recensione datoris (*Ed. I.*).

NUMERUM plantarum totius orbis longe parciorem esse, quam vulgo creditur, astis certo calculo intellexi, utpote qui vix 10000 attingat.

TRIVIALIA nomina in margine apposui, ut missis ambagibus, ano quamlibet Herbam nomine complecti quesmus; haec vero absque selecta posui, quippe quem alius dies poscit. Cavesnt autem quam sanctissime omnes sani Botanici, unqaam proponera nomen triviale sine sufficiente differentia specifica, ne ruat in pristinam barbariem scientia. *Mutatio horum, licet in melius, plus nocet quam proderit* (*Ed. I.*).

SYNONYMA paucissima in Europaeia plantis adhibai, contentus C. Banbino et Iconographa praestantiore; in Exoticis vero plura, quum difficiliora minusque trita sint.

„VESTRIS MAJESTATIBUS devotissime debeo hoc opus, fructum florumae atque optimae vitae meae (*„frukten af min mästa och bäda lefnad"*) quod nonnisi sub V. Maj. clementi imperio potui contento et tranquillo animo perficere."

„V. MAJ. inde a primo faustoque ad Regnum adventu me semper clementi lumine intuebantur, perfrequenter me ad aulam Suam arcessebant, oculo stellisque honorabant (*D. Sp. I.*) et ergo me omnem Regiam Gratiam demonstrabant.

„V. MAJESTATES etiam illis quibus ego studeo litteris splendorem et auctoritatem in Suo Regno dedere, quum non solum gratissime permiserint Creatoris Miracula sibimet describi, verum etiam varios terrae incolas e tribus naturae regnis convocarint insertatque cunctos habitare splendidissimas Villas Regales Suas Ulricidalenses et Drottingholmenses, ubi illi tamquam totius terrarum orbis legati quotidie coram M. V. oculos adparere possunt. — Neque igitur nimium effari audeo, quam aperte confiteor, nunquam inde a sapientis Salomonis et Reginae divitis Arabiae temporibus, exstitisse principes, qui magis aestimaverint Miracula omnipotentis Creatoris.

„Hinc nostra scientia eum omnibus quae extant monumentis decertet necesse est, ut aeterna exhibeat VESTRAE MAJESTATUM nomina, ideoque illa inscribat libro Naturae, qui quotannis recens editur, ut aeterna maneant tamquam globus Terrarum.

„Famli D. O. M. VESTRAARUM MAJ. dies imperiumque et diuturna at fausta, tam certo, quam ipse vivo et morior Majestatum Vestrarum Regiarum devotissimus fidelissimosque servus et subditus — Carl Linnaeus."

DESCRIPTIONES tantum in obscuris adhibere necessum fuit, easque sine ambagibus, ut obtinerem compendium tironibus gratum.

LOCA natalia mara mee adjeci, inque notissimis Fruticantes ♄, Perennes 4, Biennes ♂, Annuas ☉ notavi.

GENERA nonnulla nova, nonnulla immutata adhibui; quae in nova editione Generum plantarum prepediem sistere animus est.

ADVERSARIORUM tela nunquam retorsi, acerrima convitia, insimulationes, cavillationes, buccinationes (praetantillorum lenge Virorum, omni aevo, laboris praemia), tranquillo animo sustinui, nec suis auctoribus haec invideo, si inde ipsis apud vulgus gloria major. Fero haec, quae in me ne capillum quidem mutant, et cur non ferrem iniquos, qui a veris Botanicis et quidem consummatissimis, quibus assurgere debent illi, summis cumulatus sim encomiis. Parem deiode adversariis referre gratiam, nec mihi ingravescentes, nec munus, quo fungor, nec mei mores patiuntur. Quod mihi superest brevioris aevi, tranquillus utilioribus observationibus impendam. Res naturales enim proprio privilegio munitae persistunt, ut quemadmodum errores in his commissi a nullo defendi, ita nec veritates observationibus innixae a toto eruditorum orbe conculcari possunt; judices itaque proveco seros Nepotes.

Pascitur in viris liver, post fata quiescit;
Tum suus ex merito quemque tuetur bonos.

Dabam 1753., d. 2. Maii. Upsaliae. (*Ed. I.*)
Dabam 1762., d. 1. Septembris. Upsaliae. (*Ed. II.*) [1]).

PRAEFATIO SYSTEMATIS Ed. X.

(Obs. Nulla datur in S. VI. et S. XII.)

PLANTAS in hoc libro proposui compendiose, at Liber evaderet portatilis.

1. Ideam generalem vegetabilium dedi. — 2. Delineationem genuinam Plantarum traditurus elenchum Terminorum ardua naturali proposui. — 3. Classibus singulis genera ita distribui, et facillima eruantur. — 4. Terminos artis callos novos latrodaxi; dixi tantum Flores *superos* aut *inferos* ex receptaculi floris sita supra vel infra Germen, et Fructus *circumscissos*, qui horizontaliter discedunt. *(Cf. supra p. 6. Not. 1.)*

5. Genera designavi numeris iisdem, quibus occurrunt in editione 5ta Generum plant. Holm. 1754, ut conferri possint. — 6. Nova Genera: Propria, Hasselquistii, Loeflingii, Brownii etc. suis locis inseri. — 7. Characteres essentiales generum, plurimis in locis, praestantiores reddidi.

8. Species enumeravi ex libro: Species plantarum. Holm. 1753., cometisque iisdem. — 9. Differentias specierum non paucas ex novis observatis confeci praestantiores. — 10. Novarum Specierum aliquot Centurias suis locis inseri, praefixis literis A. B. C.

11. Synonyma convulsa ex Auctoribus recentissimis adjeci. *Ex: Nostro* Flora Suec. 2da, Centuria plantar. I. et 2, *Hasselquist* It. Palaestin., *Loefling* It. Hispanic., *Osbeck* It. Iod. orient., *Kalm* It. Amer. sept., *Rumphii* Herbar. Amboinae, *Burmanni* Plumer. pl. Americ., *Milleri* Dictionar., Edit. 6., et Ic. plantarum., *Brownii* Hist., oat. Jamaicae, *Trewii* Tabulae Ehretii., *Russel* Hist. oat. Aleppi., *Du Hamel* Tract. da Arborib., *Allioni* Stirp. Pedemont, *Zinnii* Hort. Göttingens., *Krameri* Fl. Austriae, *Gorteri* Fl. Geldrica 2.

12. Communicatos ab amicis plantas et in horto exitas etiam addidi: Capenses *Burmanni*, — Asiaticas *Davidi Gorteri*, — Americanas *Browni*, *Milleri*, *Ellisii*, — Alpinas *Segnieri Allioni*, *Schmiedelii*, — Orientales *Gorteri*, *Hebenstreitii*, — Europaeas *Sauvagesii*, *Gerardi*, *Barnadet Gabrielis capucini* — at taceam conjunctissimorum *Hasselquistii* Palaestinas, *Loeflingii* Hispanicas, *Solandri* Lapponicas, *Martini* Spitsbergenses, *Forskähl Germanicas*, *Hallman* Gallicas.

FLOS est plantarum Gaudium,
tum se novas aliasque quam suot ostendent,
tum varia colorum picturis in certamen usque
luxuriant. *Plin. XVI. 25.*

PRAEFATIO MANTISSAE ALTERAE [2]).

Nullo res confirmata est dum incipit,
Nec in hac re omnium maxima et inexplicabilissima,
In qua, etiam cum multum actum erit,
Omnis tamen aetas, quod agat, inveniet.
Senec. quaest. VI.

PRAEFATIO. Vitae meae sub crepusculo sarcinas collecturus, occurrunt sparsim disjecta Adversaria, cum observationibus non omnibus notis; haec corrasi, additurus ea Mantissae priori, quae cum pag. 142. desinit. — Differentias Specificas nonnullas emendavi, visis scilicet pulchrioribus vivisque speciminibus, quo tutiores evaderent, imprimis detectis demum pluribus indies Generum Speciebus. — Synonyma dubia, quondam data, hic saepius exclusi; imprimis ubi non prosunt adhibita, nec nocent emissa; neque in multis synonymis, sed in genuinis differentiis specificis constat artis robur. — C. Bauhini, olim summi Botanici, synonyma lubens in Europaeis assumsi, sed et illa interdum obscura, solis Helvetis erlenda. — Novas plurium autorum Species libenter inseruissem, si notas specierum essentiales addidissent; his vero deficientibus, a nou visis abstinere coactus fui. — Ordinas Naturales, loco methodi, crepant nonnulli Botanici; sed quamdiu nota nulla essentialis ordinis, quibus aut Genera ejusdem ordinis combinantur, aut a diversis ordinibus distinguuntur, sunt hi certe Campanae sine Pistillo; utut eorum usus alioquin summus. — Si quis post mea fata Systema, Genera aut Species mea edat, eum enixe oro rogoque velit inserere suis locis singula, quae notavi in Mantissis, Systemate et Appendicibus variis; si vero desideret Descriptiones Specierum, plurimas reperiet in Horto Cliff., Upsal., Flora Svec., Zeylan., Amoenitatibus, Itineribus meis, et da Animalibus in Fauna Svec., Museo Regis et Reginae, passimque alibi. — Upsaliae 1771. Sept. 1.

---

1) *Hanc praefationem in Sp. I. ed. II. sequitur brevis index autorum in his libris maxime adhibitorum. Dividuntur illi in Reformatores, Restauratores et Fundatores. Hos aeque atque Autores in Gen. I. et II. post praefationem enumeratos omisimus, „Clavem autorum" in fine libri daturi.*

2) *Dedicatio: „Illustrissimo Generosiss. Dom. Frid. Calvert Baroni de Baltimore, Domino in tota Maritandia C. e. L. Dum in Itinere Tuo Septentrionali Museum meum praetervolitabus, Te per horulae momentum vidi, nec sapientiorem quidem quendam. — Affectum tuum in me, tot, utinam meritis, encomiis declarasti, at majorem nullus. — Dono insuper me beasti, tam liberali et docte, ut de proprio non alius majore. — Utinam tot beneficiis provocatus vices reddere possem; cum vera nequeam, haec sempiternum meam declarabit venerationem."*

CLASSIS I. MONANDRIA.

MONOGYNIA.

* Scitaminbae: inferae, fructu loculari infero.

II. Amamum. Corolla 3partita: labio ovato.
VI. Curcuma. Cor. 4partita: labio ovato. Stam. 4 sterilia.
VIII. Thalia. Cor. 5partita. Drupa nucleo 2loculari.
V. Maranta. Cor. 5fida, ringens: labio 2partito magno.
VII. Kaempferia. Cor. 6partita: labio 2partito, plano.
I. Canna. Cor. 6partita: labio 2partito revoluto. Cal. 3phyllus.
IV. Alpinia. Cor. 6fida ventricosa: lobis lateralibus 2 emarginatis.
III. Costus. Cor. ringens: labio 3fido: media emarginata.
(*Anomal. Valeriana rubra, Calcitrapa.*)

** Monospermae.

IX. Banksia. Calyx 0. Cor. 1petala, campanulata.
XI. Hippuris. Cal. 0. Cor. 0.
X. Salicornia. Cal. 1phyllus. Cor. 0.

DIGYNIA.

* Plantae.

XII. Carispermum. Cal. 0. Cor 2petala. Semen 1.
XIII. Callitriche. Cal. 0. Cor. 2petala. Capsula 2locularis.
XIV. Blitum. Cal. 3fidus baccatus. Cor. 0. Semen 1.

** Graminbae.

XV. Cinna. Cal. Gluma 1flora. Cor. Gluma 2valvis.

[*Obs. Hic conspectus generum plane convenit in S. X. XII. et XIII. — Ord. I. in S. I. dicitur in α. fl. spathaceis, et β. fl. nudis. — De Scitamineis cf. uberius Pract. ed. Gis. p. 183. sq.*]

ORDO I. MONANDRIA.

1. **CANNA** *S. I.*: Cor. 6partita, erecta, labio bipartito revoluto. Stylus lanceolatus, corollae adnatus. Cal. 3phyllus. *S. X. XII. n.* 1. — *Cor. 6part., lac. unica recurvata. S. VI. n.* 1.

Canna *Rio.* 1. 164. 166. (*G. I. II.*) — Cannacorus Tourn. 192. — Cal. Perianth. *triphyllum, foliolis* lanceol., erectis, parvis, coloratis, persistentibus. — Cor. 1petala, 6partita; lacin. lanceolatae, basi coalitae, quarum 3 exteriores, erectae, calyce *bipartita* (*G. II. V.*) *duplo* (*G. I.*) majores; *tres* interiores exterioribus majores (duae erectae, *unica* reflexa), *labium sapurias constituentes* (*G. VI.*). — *Nectarium petalaidemm, bipart., longit. et figura petalarum, laciniis super. adscendentibus, infer. resolutis, labium inf. corollae mentiente.* (*G. VI.*) — Stam. *Filam.* 0. [*Filam.* 1, *lanceolatum, latitudine ultimae corollae simillimum ejus oppositum, concavum.* *G. I-V.*] Anthera linearis, adnata margini *nectariferae laciniae* (*filamenti G. I-V.*) superiori. — Pist. Germen subrotundum, scabrum, inferum. Styl. unicus, *ensiformis* (*laciniis lanceolatis G. I.*), *nectar. antherifera* (*filamento G. II. V.*) adnatus lanceolatus, longit. et figura petali. Stigma lineare, margini styli adnatum. — Per. Capsula subrotunda, scabra, coronata, 3sulca, 3locul., 3valvis. — Sem. nonnulla globosa. [⊙ *G. I. a.* 2., *II. V. VI. a.* 1., *t. c.*]

„Spathae universales et partiales in natis nobis speciebus adsunt." *G. I. Monend. p.* 370.

Obs. S. I. syn. Tourn. — *Nectarii loca filamenta descr. in H. cliff. G. I-V.* — *Cf. char. gener. fusius descr. in H. cliff. p.* 1.

1. C. indica *Sp. I.*: C. fol. ovatis utrinque acuminatis nervosis. Roy. lugdb. 11. Fl. zeyl. *n.* 1. H. ups. n. 1. *Sp. I-S. XII.* n. 1. — C. epatulis bifloris. H. cliff. p. 1. — *Cannacorus Rumph. amb.* 5. *p.* 177. *t.* 71. *f.* 2. *Katu-Bala Rheed. mal.* 11. *p.* 85. *t.* 43. (*Sp. II.*) — Arundo indica latifolia Bauh. pin. 19. — Habitat inter tropicos Asiae, Africae, Americae. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Varietates hujus 3 communiter in hortis obviae sunt: 1. Naturalis allegata planta, flore rutilo est; 2. Cannacorus fl. luteo punctato Tournef.; 3. amplissimo fol., fl. rutilo. Tourn.; 4. fl. coccineo splendente Tourn." *H. cliff.* — [*Obs. Subsunt his C. lutea Ait., C. patens Rosc. et C. coccinea Rosc.* — *R.*]

H. ups. syn. C. indica Clus. hist. 81. Sloan. jam. 181. hist. 1. p. 253., Ray. Bauh. ll. cc., *var. β.* fol. ampliss. etc. Tourn., *l. aat. simil.* — *Fl. zeyl., H. cliff., syn. plura rejusta, cf.*

2. C. angustifolia *Sp. I.*: C. fol. lanceol. petiolatis, H. cliff. p. 1. n. 2., ... *nervosis. Sp. I-S. XII. n.* 2. Arundo indica florida angustif. Moris. hist. 3. p. 250. *s.* 8. *t.* 14. *f.* 6. — *Albara s. Pacinira Pis. bras.* 213. *fig. bona.* (*Sp. II. App.*) — Habitat inter tropicos Americae: umbrosis spongiosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Sp. haec vix distinguenda est a praecedente, quamvis humilior et angustior evadat; qui itaque pro varr. utramque assumunt, vix errant." *Sp. II.* — „Petala interiora tria emarginata, ut in C. latifolia; horum petalorum alterum laterale ita flectitur, ut intermedium evadat." *Sp. II. App. p.* 1675.

„Cum antecedenti plurima habet commania; an distincta sit species nec ne, determinent autoptici in loco nat." *H. cliff., cum syn. Hud. et* Riv. mon. 166. Herm. lugdb. 114. Tourn. inst. 367. Boerh. lugdb. 2. p. 127. Maregr. bras. 5.

Obs. S. X. syn. Rumph. t. 71., *cf. sp. prace.*

3. C. glauca *Sp. l.*: C. fol. petiolatis lanceol. enervibus. Roy. lugdb. 11. *H. ups. p.* 1. *Sp. l.-S. XII. n.* 3. C. fol. enervibus Vir. cliff. p. 104. Cannoides H. cliff. app. p. 488. Cannacorus glaucophyllus, ampliore fl., Iridis palustris facie. Dill. elth. 69. t. 59. f. 69. Habitat in Carolina? — *in aquosis* (*S. XIII.*). 4. [*Sp. l. II.*]

„Cannaidea. Mala-Inschi. Rheed. mal. 11. p. 29. t. 4.? Cresc. in Africa et forte in Malabaria. Ex sem. africanis Cannae similibus enata est planta anta sanam, cujus radix singula subrotunda vix bulbosa, sed potius callosa, fibris filiformibus instructa, admodum rupeas. Fol. lanceolata, magna, pallida, svenia, petiolata, petiolis inferne se invicem amplexantibus." *H. cliff. sub Indefinitis.* — [*Obs. Haec planta* „flore se prodidit d. 7. Oct. 1737." *(Vir. Cliff.) et huc ducta.*]

Vir. cliff., H. upa...syn. Dill. l. c.

II. **AMOMUM** *Mus. cliff.*: Cor. 4fida, laciuia prima patente. *S. VI. X. XII. n.* 2.

Amomum Mus. cliff. §. II. 6. *Vide Hort. mal. XI.* 5. *et* 12. *(β. G. V. sq.)* — Cal. *Spathae plures, partiales simplices imbricatae.* (Par. trideatatum, nbaalatum, anparum. *G. VI.)* — Cor. lpetala. Tubus brevis. Limb. tripartitus, laciu. nblongis, media majori, sine huic opposito patentinre. — Nectar. lphyllum, lacinias petali vix superuas, ajusd. sinui majori insertum. — Stam. Filam. anicum, oblongum, petali laciniae simile. Anth. adnata. — Pist. Germen subrot., inferum. Styl. filiformis, longit. atam. Stigma obtasum. — Per. coriaceum, anbovatum, trigonum, 3local., 3valve. — Sem. plura.

[*Mus. cliff. p.* 26. *n.* 3., *G. l. app. a* 824., *G. II. V. et VI. n.* 2.]

1115. **L. variegata** *Sp. I.*: L. fol. repandis dentatis callosis, caule decumbente, cor. cernuis. H. ups. p. 34. n. 1. *Sp. I. S. X.* n. 2. *Sp. II. S. XII.* n. 3. — *Oed. don.* 435. *L. cretica Riv. man.* (*S. XIII.*) — L. fol. repandodentatis. H. cliff p. 44. n. 2. Roy. lugdb. 404. Buglossum creticum verrucosum. Stiss. bot. 57. t. 57. Buglossum annuum humile, bullatis foliis, fl. caeruleo eleganter variegato. Moris. hist. 3. p. 439. s. 11. t. 26. f. 10. Habitat in Creta. ☉. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Buglossoides cretica Riv. mon. 13., Buglossum creticum variegatum odoratum Boerh. lugdb. 1. p. 189., B. creticum minimum odoratum, fl. varie eleganti. Pluk. alm. 72., B. creticum caulic. procumbentibus, fl. varieg. odorato, echii foliis verrucosis. Herm. lugdb. 98., B. lusitanicum bullatis fol. Moris. blaes. 241., Moris. hist. l. c., Pulmonaria cretica annua cal. vesicario Tourn. inst. 137. — *Loc. nat.* in Creta, e mororum rimis Candiae urbis, nec non in monte Hymetto prope Athenas.

H. ups. syn. Stiss., Herm., Moris. hist., ll. cc., — *loc. nat. ut H. cliff.*

1116. **L. arvensis** *Sp. I.*: L. foliis lanceolatis hispidis, cal. florescentibus erectis. *Sp. I — S. XII.* n. 4. — *L. fol. lanc., cal. fructuum* (*florum Fl. S. I. II.*) *erectis.* Fl. lapp. n. 77. Fl. suec. I. n. 157., II. 167. H. cliff. p. 44. n. 1. Roy. lugdb. 404. Gron. virg. 20. Dalib. paris. 61. Buglossum minus sylvestre. Bauh. pin. 257. Habitat in Europae agris. ☉. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Echioides Riv. mon. 10., Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 134. Boerh. lugdb. 1. p. 188., Bugl. sylv. asperum minus annuum, fol. undulatis. Moris. hist. 3. p. 439. s. 11. t. 26. f. 8., Buglossa sylvestris Dod. pempt. 628., Echium fuchsii s. Borrago sylvestris Bauh. hist. 3. p. 681.

Fl. lapp. syn. Riv. *et* Dill. app. 100., Bauh. pin. Tourn. ll. cc., Bugl. arvense echioides minus Frank. spec. 7., Borrago sylv. echioides fl. coeruleo. Rudb. cat. 8. hort. 17. Till. ab. 10.

Fl. S. syn. Riv. (7.), Bauh. pin., Dod., ll. cc. (*et*: Roy. Tourn. Frank. Rudb. Till. ll. cc., *in ed. I.*)

„Planta tota hispida." *Fl. S. II.*

1117. **L. Echioides** *Sp. II.*: L. fol. lanceolatis hirsutis, caule ramosissimo erecto, floribus secundis sessilibus. — Echioides orientale, buglossi folio, fl. luteo maculis atropurpureis notato. Tournef. cor. 47. Buxb. cent. 1. p. 1. t. 1. Habitat in America [*lege: Armenia. R.*]. ♃. [†. *Sp. II.*: — ϑ. *in S. XII. XIII.*]

1118. **L. orientalis** *Sp. I.*: L. fol. ovatis integerrimis scabris, cal. erectis. *Sp. I — S. XII.* n. 6. Buglossum orientale angustif., fl. parvo caeruleo. Tournef. cor. 6. Habitat in Oriente. ☉. [*Sp. I. II.*]

1119. **L. virginica** *Sp. I.*: L. fol. lineari-lanceolatis confertis tomentosis mollibus, caule erecto. Gron. virg. 140. *Sp. I — S. XII.* n. 7. Habitat in Virginia ad vias. ♃. [*Sp. I. II.*]

CCIV. **ECHIUM** *G. I.*: Cor. irregularis, fauce nuda. *S. X.* n. 175., *XII.* 191. — Cor. irreg. supra longior. *S. VI.* n. 139.

Echium Tournef. 54. — Cal. Perianth. 5partitum, erectum, persistens: lacinilis subulatis, erectis. — Cor. Ipetala, *campanulata* (*G. VI.*). Tubus brevissimus. Limbus erectus, aequim amplitatus, 5fidus, obtusus: lacinilis *saepius inaequalib.* (*G. VI.*): superioribus duobus longioribus, infimâ minute acuta, reflexa. *Faux pervia* (*G. VI.*). — Stam. Filam. 5, subulata, longit. corollae, *declinata, inaequalia* (*G. VI.*). Anth. oblongae, incumbentes. — Pist. *Germina quatuor* (*Germ. 4fidum. G. I.*). Stylus filif., longit. staminum. Stigma obtusum, bifidum. — Per. 0. Calyx rigidior, in sinu semina fovens. — Sem. 4, subrotunda, ubique acuminata. [✻ *G. I.* n. 107., *II.* 139., *V.* 175., *VI.* 191.]

„Essentia generis est Cor. inaequalis cum seminibus quatuor et staminibus quinque." *G. I - V.* — „E. laevigatum et E. italicum est cor. aequalibus." *G. VI.*

1120. **E. fruticosum** *Sp. I.*: E. caule fruticoso, H. cliff. p. 43. n. 4. et p. 502. Roy. lugdb. 407. *Sp. I. II. S. X.* n. 1., ... ramis foliisque pilosis. *S. XII. XIII.* n. 1. — *Buglossum africanum, echii folio, fl. purpureo. Pluk. mant.* 33. *t.* 341. *f.* 7. (*S. XII.*) — E. africanum fruticans, fol. pilosis. Comm. hort. 2. pag. 107. t. 54. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

Digitized by Google

„Stamina corolla non longiora." *S. XII.*

„Stam. huic 5 (non 4) semper sunt, et superior lacinia corollae, ut in aliis, emarginata est." *H. cliff.* (*cum syn. Comm. et* Raj. hist. 3. p. 269., *t. not. Cap. b. spei.*) — *Ibid. p.* 503. *addita diagn.*

1121. **E. argenteum** *Mant. II.*: E. foliis linearib. albido-hirsutis apice patulis. — E. argenteum Berg. cap. 40. Buglossum echioides argenteum, florib. purpureis. Pluk. mant. 33. t. 341. f. 8., an? — Habitat in Capitis b. spei montibus nigris. — Caulis determinate ramosus. Fol. sparsa, linearia, acuta, apice extrorsum curva, canescentia pilis albis. [*Mant. II. p.* 202.]

1122. **E. capitatum** *Mant. I.*: E. flor. capitato-corymbosis aequalibus, staminib. corolla longioribus, caule piloso, fol. bispidis. *Mant. I. p.* 42. *S. XII. n.* 8. — Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Caul. lignosus, ramosus, pilosus. Fol. lanceolata, adsperna setis patulis, pellucidis, basi bulbosis. Flores densi in capitulo terminalia congesti. Cor. regulares, infundibuliformes, vix Lycopsidis majores. Stamina corollis et stylus stamicibus duplo longior. D. Royen. [*Mant. I.*]

1123. **E. plantagineum** *Mant. II.*: E. foliis radicalib. ovatis lineatis petiolatis. — E. lato plantaginis folio, Italicum. Barr. rar. 145. t. 1026. — Habitat in Italia. ☉. — Fol. supra pilosa, mollia, hispida: Radicalia ovata (Plantaginis), lineata, *integerrima*, petiolata, magna: Caulina lanceolata, sessilia. Caules pilosi pilis mollibus, nec strigosis; pauca fusca sub pilis, ut in reliquis, sed minora. Cor. violaceae (non caeruleae E. vulgaris, nec breviores E. cretici). Bracteae inter flores, semicordatae, longit. calycis (non subulatae E. vulgaris, nec calyce longiores E. cretici). [*Mant. II. p.* 202.]

1124. **E. laevigatum** *S. X.*: E. caule laevi, foliis lanceolatis nudis: margine, *carina* (*& S. XII.*), apiceque scabris, *S. X. n.* 1. A., *Sp. II. n.* 2., ... corollae aequalibus. *S. XII. n.* 2. — E. africanum perenne, lycopsis facie. Old. afr. 27. E. afric. minus, fol. oblongis glabris, fl. caeruleis. Herm. afr. 8. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♃. — Caules basi suffruticosi, laeves, pedales. Folia lanceolata, glabra, margine et carina scabra punctis callosis mucronatis, ut et apice superiore. Racemi ex alis foliorum supremorum, secundi, laeves. Cal. laeves. Cor. parum irregularis. Stam. declinata. Sem. muricata. [*Sp. II. n. n.*]

Obs. S. X. Sp. II. add. syn. Pluk. mant. t. 341. *f.* 7., *in S. XII. exclusum et ad E. fruticosum ductum. — S. XIII. ex errore huic odd. cor. β. E. pyrenaicum, cum syn. Mant. II., Tourn., Moris., quae in M. II. ad sequentem ducta, ubi cf. — Ad nostrum etiam spectat E. glabrum Linn. in ep. ad Burm., sed v. Hort.* n. 14. *p.* 27.. *cum syn. Pluk. Old. Herm.*

1125. **E. italicum** *Sp. I.*: E. caule erecto piloso, spicis birsutis, cor. subaequalibus, stam. longissimis. *Sp. II. S. XII. n.* 3. — *Murr. prodr.* 143. (*Mant. II. p.* 512.) — E. cor. *subaeq.* (*S. X.*), vix calycem excedentibus: margine villosis. H. ups. p. 35. n. 1. Sp. pl. 1. p. 139. *S. X.* p. 916., n. 2. — *E. majus et asperius, flore albo. Bauh. pin.* 254. (*Sp. II.*) — E. flore albo. Cam. epit. 738. — *Var. β. Sp. I. II.*: Lycopsis Bauh. pin. 255. — Habitat in Anglia, Italia, *Monspelii*, *in collibus siccis* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Differt ab E. vulgari, Fl. S. I. *n.* 138., fol. pallidioribus, angustioribus, laeviaribus; racemis minoribus; cor. cinereis s. coeruleo-exalbidis vix calyce longioribus. ♂." *H. ups.* (*cum syn. Bauh. utroq. et* Raj. hist. 498., Cam. l. c., Echii altera species Dod. pempt. 631., *hac aut.* Angl. Ital.

„Lycopsis, *β.*, Corollis minoribus, extus praesertim superna pilosis et magis regularibus ab E. Italico videtur differre, nisi haec omnia a loco." *Sp. II.*

„E. Italicum: E. anglicam caule simplici erecto, fol. lanceolato-linearibus hispidis, flor. spicatis lateralibus, stam. corolla longioribus. Huds. angl. 70. — E. Italicum *var. β.*, pro distincta ab Hudsono: E. Italicum cor. subaequalibus vix calycem excedentibus margine villosis. Huds. angl. 70." *Sp. II. App. p.* 1678.

„E. Italicum *β.*: E. majus et asperius, fl. dilute purpureo Tournef. inst. 135. Lycopsis monspeliaca, fl. dilute purpureo. Moris. blaes. 284. E. pyrenaicum vulgo. — Similimum E. italico, hispidum ut fere omne, stimulis albis. Cor. calyce non latior, subincarnata (non alba), infundibulif., fere regularis, calyce duplo longior, extus pubescens pallidiorque. Filam. duplo longiora, saturate rubra. Anth. caeruleae. Sem. laevia, apice subtrigona quasi denticulo intermedio s. interiore producliore." *Mant. II. p.* 334. — [*Obs. Hinc ortum syn.* „*E. pyrenaicum L.*," *Murray in S. XIII. citatis* „*E. pyrenaicum. Mant.*" — *Num hoc, praeeunte Willd., γ. pro β. scribenda sit, non liquet. — Perperam a Murroyo* (*vel ab ejus typotheto?*) *ad praecedentem ducta. R.*]

1126. **E. vulgare** *Sp. I.*: E. caule *tuberculato-hispido* (*Sp. II. sq.*), *simplici erecto* (*& Sp. II. sq.*), foliis caulinis lanceolatis *hispidis* (*& H. cl.*), flor. spicatis lateralibus. H. cliff. p. 43. n. 1. Fl. suec. 1. n. 158., 11. 168. Roy. lugdb. 407. Dalib. paris. 61. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. — *Oed. dan.* 445. (*S. XIII.*) — E. vulgare Bauh. pin. 254. Clus. hist. 2. p. 143. Habitat in Europa ad vias et agros. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Verr. hujus fere tot sunt quot individua; aliae enim plantae majores, aliae minores, aliae erectae, aliae procumbentes; aliae maxime asperae, aliae vix manifeste scabrae, aliae florib. coeruleis, aliae albis, aliae fl. majoribus, aliae minoribus; varias itaque autorum superfluas species enumerare non curo; forte ambae proxime sequentes plantae [*E. cretic. et E. orient.*] etiam non distingui deberent specie, cum autem manifeste magis differant, distinctas tradam eoque dum certiora innotescant." *H. cliff.*, *cum syn.* Bauh. Clus. ll. cc. Bauh. hist. 3. p. 585. Moris. hist. 3. p. 440. s. 11. t. 27. f. 1. Boerh. lugdb. 1. p. 194., Echium Riv. mon. 9.

Fl. S. syn. Bauh. Clus. Riv. ll. cc. *et* Cam. epit. 737.

1127. **E. violaceum** *Mant. I.*: E. corollis stamina aequantibus: tubo calycibus breviore. *Mant. I. p.* 42. *S. XII. n.* 9. E. sylvestre birsutum maculatum Bauh. pin. 254. E. rubro flore Clus. hist. 2. p. 164. Habitat in Austria. ☉. — Simillimum E. vulgari, sed cor. violaceae. Caulis magis diffusus. Stamina corolla non longiora, purpurea, tamen stylo albo, pilosa. Corollae tubus longit. fere calycis; facies distincta. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

1128. **E. creticum** *Sp. I.*: E. cal. fructescentibus distantibus, H. ups. p. 35. n. 2. *t. e.*, ... *caule procumbente. Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 5. E. caule simplici, fol. caulinis linearibus, flor. spicatis ex alis. Hort. cliff. p. 43. n. 2. E. creticum angustif. rubrum *et* .... latif. rubrum Bauh. pin 254. E. creticum 1. et 2. Clus. hist. 2. p. 165. Habitat in Creta, *Oriente* (*Sp. II.*). ☉. — Stamina non longiora labio breviore corollae. [*Sp. I. II.*]

„Corollae saturate rubrae, tubo calycibus breviore. Filamento apice parum pilosa." *Mant. II. p.* 334. *S. XIII.*

„Differt caule magis ramoso, magis folioso; fol. magis ovatis; cor. maximis rubris." *H. ups., cum syn.* Bauh. utrq., E. rubro fl. Raj. hist. 499. — *t. not.* „Syria, unde semina habui."

H. cliff. syn. E. cret. angustif. rubr. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 194., E. cretic. 2. Clus. l. c. — *loc. not.* „Creta, unde semina Clus. habuit."

1129. **E. orientale** *Sp. I.*: E. caule ramoso, fol. caulinis ovatis, flor. solitariis lateralibus. H. cliff. p. 43. n. 3. Roy. lugdb. 407. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 6. E. orientale, verbasci folio, fl. maximo campanulato. Tournef. cor. 6. Itin. 3. p. 94. — *itin.* 2. *p.* 107. *t.* 107. (*S. XIII.*) — Habitat in Oriente. [*H. cliff.*, *Sp. I. II.*]

1130. **E. lusitanicum** *Sp. I.*: E. corollis stamine longioribus. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 7. — E. caule simplici, fol. caulinis lanceolatis sericeis, flor. spicatis lateralibus. Roy. lugdb. 407. E. amplissimo folio, lusitanicum. Tournef. inst. 135.? Habitat in Europa australi. ♃. [*Sp. I. II.*]

CCV. **MESSERSMIDIA** *H. ups.*: Cor. infundibulif. fauce nuda. Bacca suberosa, bipartibilis: singulo dispermo. *S. XII. XIII. n.* 1245.

Messersmidia. [*Messerschmidia S. XIII.*] — Cal. Perianth. 1phyllum, 5partitum, laciniis sublinearibus; erectum, persistens. — Cor. 1petala, infundibuliformis. Tubus cylindricus, rudis, calyce longior, basi globosus. Limbus 5fidus, plicatus, lateribus membranaceus. Faux nuda. — Stam. Filam. 5, minuta, in inferiore tubi parte. Anth. subulatae, erectae, intra medium tubi. — Pist. Germen subovatum. Stylus cylindricus, brevissimus, persistens. Stigma capitatum, ovatum. — Per. Bacca sicca, suberosa, cylindrico-rotundata umbilico retuso, cincto dentibus 4 obtu-

nis; bipartibilis. — Sam. bina intra utramque partem pericarpii, oblonga, umca, incurva, extrorsum rotundata, introrsum angulata. [*Mant. I. p. 5. n. 1245.*]

1131. **M. Arguzia** *Mant. I. p.* 42. *S. XII. XIII. n.* 1. *M. sibirica Mant. II. p.* 334. — Messersmidia H. ups. p. 36. *Act. petrop.* 1763. *p.* 315. *t.* 11. (*M. I. S. XII.*) — Tournefortia sibirica: *fol. lanceolatis, flor. corymbosis, caule herbaceo.* Sp. pl. I. p. 141., II. p. 202. *et S. X. p.* 917., *n.* 7. Arguzia montana Amman. ruth. 38. — Habitat in Dauriae apricis glareosis, aridis. ♃. — *Culta H. U.* (*M. I.*) [*Sp. I. II., Mant. I.*]

„Caules pedales, superne ramosi, subpilosi. Fol. lanceolata, integra. Pedunc. ex alis, ad summitates caulis corymbosi, longit. foliorum. Cal. hirsuti. Utrum haec Cerinthes species sit, nec non, de planta adhuc florente determinare difficile; hinc genus dubium propono." *H. upsa., cum syn. Amm., i. nat. cod.* „ad Arguz."

„Planta dubii ctiamnum generis, interim huc [*sc. ad Tournefortias*] relata." *Sp. I. II. l. c.*

„Rad. repens. Caul. erectus, spithamaeus, palmaris. Rami alterni, steriles. Fol. alterna, sessilia, ovato-oblonga, venosa, tomentosa, cana. Corymbi s. fasciculi saepius bini. Cal. tubo corollae breviores. Cor. alba, fauce nuda pervia." *Mant. II. l. c.*

Obs. De hac agit Amman. in ep. ad *Linn.* (*d.* 18. *Nov.* 1740.), *cf. Epist. ed. Smith. tom.* 2. *p.* 200.

CCVI. **TOURNEFORTIA** *S. I.:* Bacca 2locularis, 2sperma, *supera* (*infera S. X.*), apice duobus poris perforata. *S. X. n.* 176., *XII.* 192. — Bacca 2loc. 2sp., infra receptac. *S. VI. n.* 142.

Tournefortia. Pittonia Plum. 3. — Cal. Perianth. 5partitum, parvum, laciniis subulatis (*lanceolatis G. I–V.*), persistentibus. — Cor. Ipetala, infundibulif. (*G. VI.*). *Tubus cylindricus, basi globosus.* (*Tub. ovatus, calyce longior. G. I. II.*) Limbus semiquinquefidus, patens: laciniis *acuminatis barbatis* (latis acutis, *G. I. II.*), medio glabris (*G. VI.*). — Stam. Filam. 5, subulata, ad faucem corollae (*longit. tubi corollae. G. I–V.*), Anth. simplices, in fauce corollae, *conniventes*, acuminatae (*G. VI.*). — Pist. Germen globosum, *sub receptaculo floris* (*G. G. V. VI.*). Stylus simplex, longit. staminum, clavatus (*G. VI.*). Stigma recutitum, integrum. (*St. simplex. G. I–V.*) — Per. Bacca globosa, maculata (*G. VI.*: — *biocularis. G. I.*, *2locul. G. II. V.*). — Sem. bina, subovata, pulpâ distincta, 2 incalaria (*G. VI.*). — [*G. I. n.* 156., ※ *G. II.* 142., *V.* 176., *G. VI.* 192.]

„Pertinet ad Asperifolias Raj., bacciferum licet sit genus." *G. I. Moenda p.* 390. — „Negat hocce genus characterem plantarum Asperifoliarum, uti Prasium Verticillatarum a 4 seminib. nudis desumtum, cum bacca hic includat semina. Nullus enim has veras esse Asperifolias negabit, qui fructificationes hujus [*sc. T. solubilis*] viderit." *H. cliff. p.* 49.

Obs. S. I. syn. Plum.; signo ° solum iconem se cognosse indicat [*ut in G. I.*]. — *Cf. etiam de gen. Pruet. ed. Gis. p.* 493. — *De nom. gen. ubertim disseritur in H. cliff. p.* 49.

1132. **T. serrata** *Sp. I.:* T. fol. ovatis serratis, petiolis spinescentibus, spicis terminalibus recurvis. *Sp. I — S. XII. n.* 1. Pittonia arborescens chamaedrifolia major. Plum. gen. 5. — *ic.* 228. *f.* 1. (*Sp. II.*) — *Var. β. Sp. I.:* P. arboresc. chamaedrif. minor. Plum. gen. 5. — *ic.* 228. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

1133. **T. hirsutissima** *Sp. I.:* T. fol. ovatis petiolatis, caule hirsuto, spicis ramosissimis terminalibus. *Sp. I — S. XII. n.* 2. Pittonia hirsutissima et ramosissima, baccis albis. Plum. gen. 5. — *ic.* 209. (*Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

1134. **T. volubilis** *Sp. I.:* T. fol. ovatis acuminatis *glabris* (*Sp. II. sq.*), petiolis reflexis, caulo volubili. *Sp. I — S. XII. n.* 3. T. fol. ovat. acuminatis. H. cliff. p. 48. n. 2. Bryonia nigra fruticosa, racemi ramulis varie implicatis (*etc.*) Sloan. hist. 1. p. 234. t. 143. f. 2. Virga aurea americana frutescens glabra, fol. subtus caesiis (*etc.*) Pluk. alm. 389. t. 235. f. 6. Raj. suppl. 348. Habitat in Jamaica, Mexico, arbores scandens. ♄. [*Sp. I. o. o., II.*]

Sp. I. praeterea add. syn. Pittonia scandens, baccis niveis, nigris maculis notatis. Plum. gen. 5., *in Sp. II. dubie ad T. symmetram*, *n.* 1137., *ductum.*

H. cliff. syn. Plum. l. c., Sloa. l. c. *et* flor. 106. *et* Raj. hist. 3. p. 348., Frutex americanus, pyri fol. subhirsutis, fl. exiguis viridantibus Heliotropii in modum incurvatis, baccis niveis macula nigra insignitis. Kigg. beaum. 22., Pluk. l. c., Tlachichinoa patlahoac s. Herba usta 2da Hern. mex. 292. — *i. nat. id.* — *Obs.:* „Folia in hybernaculo subtus magis viridia sunt, quam quae in America lecta fuere."

1135. **T. foetidissima** *Sp. I.:* T. fol. ovato-lanceolatis hirtis, pedunc. ramosis, spicis pendulis. *Sp. II. S. XII. n.* 4. T. foliis ovato-lanceolatis, H. cliff. p. 48. n. 1. Roy. lugdb. 408., ... spicis ramosissimis pendulis. *Sp. I. S. X. n.* 4. — *T. scandens, fol. hirtis rugosis ovatis, spicis ramosis. Brown. jam.* 169. *Heliotropii flore frutex baccifer ramosus, folio rugoso foetido maximo subrotundo hirsuto, fructu albo. Sloan. jam.* 173. *hist.* 2. *p.* 108. *t.* 212. *f.* 1. *Raj. dend.* 75. (*Sp. II.*) — Pittonia racemosa, nicotianae foliis foetidissimis. Plum. gen. 5. — *icon.* 230. (*Sp. II.*) — Heliotropium maximum jamaicense, limonii mali folio supra scabro subtus lanugine ferruginea molli. Pluk. alm. 182. Moris. hist. 3. p. 452. — Habitat in Mexico, Jamaica. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Plum. gen., Plak., Mor., ll. cc., Tlachichinoa patlahoac s. Herba usta prima latif. Hern. mex. 292. — *loc. mod.* per magn. partem Americae.

[*Obs. Huc citatur in Diss. herb. Amb.* (*Am. ac. 4. p.* 127.) Buglossum lanuginosum Rumph. amb. IV. t. 53., *quae diversa species: T. argentea R. S.*]

1136. **T. humilis** *Sp. I.:* T. fol. lanceolatis sessilibus, spicis simplicibus recurvis lateralibus. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 6. — *T. reclinata diffusa et hirsuta, fol. ovatis, ramulis rectis validis. Brown. jam.* 169.? (*Sp. II.*) — Pittonia humilis, ouchusae folio. Plum. gen. 5. — *ic.* 227. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Habitat in America calida. ♄. [*Sp. I. II.*]

1137. **T. glabra** *Sp. I.:* T. foliis ovatis integerrimis nudis, spicis cymosis. *Sp. I. S. X. n.* 6. — T. cymosa (*diagn. ead.*) *Sp. II — S. XIII. n.* 5. — *Tournefortia frutescens humilis, fol. maximis oblongo-ovatis rugosis, spicis pendulis rarioribus, ramulis crassis salcatis. Brown. jam.* 169. *Pittonia scandens, baccis niveis nigris maculis notatis. Plum. gen.* 5.? (*Sp. II.*) — Heliotropii flore frutex, folio maximo oblongo acuminato glabro. Sloan. jam. 173. hist. 2. p. 109. t. 212. f. 2. Raj. dendr. 76. Habitat in Jamaica, *praecedenti* [*T. foetidiss.*] *nimis affinis* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

1138. **T. suffruticosa** *Sp. II.:* T. fol. sublanceolatis incanis, caulo suffruticoso. *Sp. II — S. XIII. n.* 8. T. suffruticosa, fol. incanis oblongis, fronde comosa. Brown. jam. 170. Thymelaea facie frutex maritimus tetraspermos, fl. 4petalo. Sloan. jam. 138. hist. 2. p. 29. t. 162. f. 4. Raj. dendr. 96. Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

CCVII. **NOLANA** *Sp. II.:* Cor. campanulata. Stylus inter germina. Sem. 5, baccata, bilocularia. *S. XII. XIII. n.* 193.

Nolana. — Cal. Perianth. 1phyllum, basi turbinatum, 5partitum, angulare: laciniis cordatis, acutis, persistentib. — Cor. 1petala, campanulata, plicata, patens, subpulsequelsha, calyce duplo major. — Stam. Filam. 5, subulata, erecta, aequalia, corolla breviora. Anth. sagittatae. — Pist. Germina 5, subrotunda. Stylus inter germina, cylindricus, rectus, longit. staminum. Stigma capitatum. — Per. proprie nullum, — Sem. 5, cortice succulento, subrotunda, basi interiore nuda receptaculo immersa, 4locularia. [※ *G. VI. n.* 193.]

Obs. Cf. de char. gen. Pruet. ed. Gis. p. 493.

1139. **N. prostrata** *Linn. fil. dec.* 1. *t.* 2. *descr.*, *Sp. II. S. XII. n.* 1. — *Atropa fol. geminatis, cal. polycarpis, caule humifuso. Gonan. hort.* 82. *tab.*, *Walkeria Ehret. act. angl.* 1764. *n.* 53. *p.* 130. *t.* 10., *Zwingera Act. hafn.* 5. *p.* 267. *t.* 1., *Neudorffia peruviana repens, flore caeruleo. Plant. fam.* 219. (*S. XII.*) — Habitat - - - - - Dav. Royen. ⊙. — Plantae figuram et descriptionem dedit Filius in Decuria plant. 1762. [*Sp. II.*]

„Habitat in Peru. Fol. gemina inter quae pedunculus at in Luridis, quibus et stigmate accedit. Stylus inter germina (sed 5), non ex apice, ut in Asperifoliis. Corolla et fructus figura Con-

volvuli. Semina 2-4 locularia, ut affinibus Cordiae." *Mant. II. p.* 334.

Obs. Peruvianam, non Hispanicam esse plantam, jam conjicit L. (anno 1764.*) in Prael. ed. Gle. p.* 493. — *Syn. Gouani jam add. in Sp. II. app. p.* 1678.

CCVIII. **DIAPENSIA** *Fl. lapp.: Cor. hypocraterif.: Cat. Sphyllus, imbricatus foliolis tribus (♃. S. Vl.).* Stamina tubo corollae imposita. Caps. 3locularis. *S. Vl. n.* 155., *X.* 177., *XII.* 194.

Diapensia *(L., S. II.)* Fl. Lapp. t. 1. — Cal. Perianth. Sphyllum: foliolis 3 interioribus in orbem positis, reliquis imbricatim incumbentibus, omnibus aequalibus, ovatis, obtusis, erectis, persistentibus. — Cor. Ipetala, hypocrateriformis. Tubus cylindraceus, apertus, longit. calycis. Limbus 5fidus, obtusus, planus. — Stam. Filam. 5, compresso-linearia, erecta, ad laciniuras limbi tubum terminantia, brevia. Anth. simplices. — Pist. Germ. subrotundum. Stylus cylindraceus, longit. staminum. Stigma obtusum. — Per. Caps. subrotunda, 3locularis, 3valvis. — Sem. plurima, subrotunda. [✻ *G. I. n.* 147., *II.* 155., *V.* 177., *VI.* 194.]

Obs. Flora de gen. cf. in Fl. lapp. n. 88. *obs.* β. γ. δ.

1140. D. lapponica *Sp. I.:* D. floribus pedunculatis. *Sp. I — S. XII. n.* 1. *Fl. Suec. II. n.* 169. Diapensia Fl. lapp. n. 88. t. 1. f. 1. Fl. suec. I. n. 172. — *Oed. dan. t.* 47. (*Sp. II. S. XIII.*) — Habitat in alpibus Lapponicis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Rad. fibrosa, perennis. Caul. mox e radice surgens in plures ramulos, simplices, diffusos, ad summam digitalis longitudinis, undique foliis vestitos, dividitur. Fol. linearia, obtusa, fere membranacea, nervo longitudinali superius concavo, inferius prominente instructa, longit. unguis, extrorsum paulo latiora, imbricatim sibimet invicem ad basin incumbentia, superna parte undique patentia, perennia; inferiora tandem marcescentia, non decidua. Pedunc. longit. pollicis transversi ex apice rami exsorgit, rectus, teretis, unico flore instructus, qui cor. alba notabilis. Faciem Sedi referunt rami foliis imbricatis tecti, ideoque tophum congesti, unde nomen [*sc. Sedi, sed vide infra. R.*] apud veteres." *Fl. lapp. obs.* ζ.

Fl. lapp. syn. add.: Androsace alpina perennis nonantif. glabra, 6. singulari. Tourn. inst. 123., Sedum alpinum gramineo fol., fl. lacteo. Bauh. pin. 284., S. alpinum 3. lacteo fl. Clus. pan. 490., S. minimum alpinum muscoides. Park. theatr. 736. — *quae quidem prima* 2 *ad Androsacen inclinat, posteriora ad Saxifrag. caesium pertinent (Smith. in fl. lapp. ed. II.). Ipse L. has icones pessimas dixit in fl. lapp. obs.* 2., *omisitque omnia in Fl. S. I. II., adjungens haec:* „Syn. omnia nobis cognita sunt, nec sub Androsaces genere a Bauh. aut Tourn. comprehensa fuit; sed a nobis (quantum constat) primum descripta et nominata est."

Obs. Saepius de hoc agit L. in epist., n. c. ad Hallerum. (Smith. ep. II. p. 275., 286., 296., 301., 435.*) — In diaria (Loches. lapp. I. p.* 285.*) Baulsterus nomine descripta extat.*

CCIX. **ARETIA** *Sp. I.:* Cor. hypocrateriif. 5fida: tubo ovato. Stigma depresso-capitatum. Caps. 1locularis, globosa, *S. X. n.* 178., *XII.* 195., ... *subpentasperma. S. XIII. n.* 195.

Aretia Hall. helv. t. 8. f. 1. — Cal. *Involucrum nullum (♃. G. Vl.).* Perianth. 1phyllum, campanulatum, semi-5fidum, obtusiusculum, persistens. — Cor. Ipetala, hypocrateriformis. Tubus ovatus, longit. calycis, collo coarctatus. Limbus 5-(4-*G. V.*) partitus; laciniis obovatis, ☞ Stam. Filam. 5, conica, in medio tubi, brevissima. Anth. erectae, acutiusculae, intra faucem corollae. — Pist. Germen subrotundum. Stylus filif., longit. tubi. Stigma capitatum, depressum. — Per. Caps. .... *1 lineatoris, 5 sulcis (♃. G. V.).* — Sem. *quinque. Jacq. (Sem. plurimo. G. V.)* — Obs. Fructum atteote describant Botanici Vallesiae, ot certitudo generis eruatur. Habitu, planta caulescente, pedunculis simplicibus, distincta videtur ab Androsace; rariasima planta. [✻ *G. V. n.* 178., *VI.* 195.]

1141. A. helvetica *S. XIII.: A. fol. imbricatis, flor. subsessilibus. S. XIII.* p. 162. — Diapeosia helvetica: fl. subsessilibus. *Sp. I — S. XII. n.* 2. — *Jacq. vind.* 303. *descr. (Sp. II. App. sq.)* — Aretia caul. teretibus, fol. imbricatis, flor. sessilibus. Hall. helv. 486. t. 8. f. 1. — Hab. in alpib. Helveticis Gemmi et Pyndtnerberg. ♃. — Habitus antecedentis; fructum non vidi. [*Sp. I. o. o., II.*]

„Semina quinque *seu trina (S. XIII.)*, cuneiformi-globosa. Capsula 5valvis." *S. XII. XIII.*

„Diap. helvetica. Caules tecti foliis pubescentibus. Fl. terminales, solitarii, albi." *Mant. II. p.* 335.

1142. A. alpina *Sp. I.: A. fol. linearibus patentibus, flor. pedunculatis. S. XIII. p.* 162. A. villosa, scapis unifloris. Hall. helv. 486. t. 8. f. 1. *Sp. I. II. n.* 1., *A. scapis unifloris. S. X. XII. n.* 1. — *Androsace caulescens, fol. alternis, pedunc. unifloris. Amoen. acad. I. p.* 164. (*Sp. II.*) — Habitat in Vallesiae monte Loch dicto. ♃. — Fructus anatome nobis deest in hac planta. [*Sp. I. II.*]

„Flores caerulei segmentis emarginatis: Capsula 5valvis." *S. XII. XIII.*

Mant. II. p. 335. *add.:* „Hall. act. 6. p. 16. n. 58., qui nunc Sedum alpinum hirsutum 6. lacteo C. Banhini ab Androsace villosa huc revocat. — Cal. cyliudricus, hirsutus, semi-5fidus. Flos albus s. roseus."

Obs. Locus ex Am. ac. momenti non est. Enumeratur ibi A. helvetica inter plantas Burseri Vol. XVI. n. 170., *solutoque subdita, q. l. ab hac distinguitur A. alpina: Androsaces caulescentis, etc. etc. nomine. — Solo calami errore locus hic (ex Am. ac.) in Sp. I. ad praecedentem speciem citatus erat, quod in Sp. II. correctum. — Criticen hujus et affinium absolvit egregius Rchb. in fl. germ. exc. p.* 390., *q. cf. R.*

1143. A. Vitaliana *S. XIII.: A. fol. linearibus recurvatis, flor. subsessilibus. S. XIII. p.* 162. Primula Vitaliana: fol. linear. integerrimis, fl. sessilibus. *Sp. I. p.* 143. *n.* 5., *II. p.* 206. *n.* 6., *S. X. p.* 918. *n.* 5., *XII. p.* 151. *n.* 6. — All. pedem. 24. (*Mont. II.*) — Pr. fl. subsessili, fol. linear. Amoen. acad. I. p. 160. Vitaliana Sesl. epist. 69. t. 10. f. 1. descr. — *Auricula ursi alpina, gramineo folio, jasmini lutei flore. Tournef. inst.* 122. *Sanicula alpina, angustissimo fol., fl. carneo. Pluk. alm.* 332. t. 108. *f.* 6. (*Sp. II.*) — Sedum alpinum, exiguis foliis. Bauh. pin. 284. Sedum alpinum F., Gregorii ragiensis 1. Column. ecphr. 2. p. 63. t. 65. f. 1. Raj. hist. 1044. Habitat in alpibus Pyrenaeis et Italicis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caules procumbentes. Fol. hirsuta. Flos 1 s. 2. pedunculo proprio brevi ex apice caulis." *S. XII. (nec XIII.)* — „Flores lutei." *S. XIII.* — „Calyces longit. tubi corollae, ultra medium 5fidi; corollae limbus 5fidus, lobis ovato-oblongis." *Sp. I. II.* — „Si Semina tantum duo capsulam replentia, videtur Vitaliana genus proprium constituere, quod inquirendum." *Sp. II.* — „Semina quinque. Haller; an itaque Aretiae species?" *Mant. II. p.* 335.

Am. ac. I. c. syn. Sanicola alp. pumila tenuif. lutea Herbar. burser. XIII. 144., Aretia fol. lin. glabris scapo pauciflore. Hall. helv. 486. — *Add.* „Cor. purpurea." [*Error? an diversa planta? R.*]

CCX. **ANDROSACE** *S. I.:* Involucrum umbellolae. Corollae tubus ovatus: ore glanduloso. *S. VI. n.* 143. ..... Caps. 1locularis, globosa. *S. X. n.* 179., *XII.* 196.

Androsace Tournef. 46. — Cal. Involucrum *universale (♃. G. Vl.)*, polyphyllum, multiflorum, minimum, *cum pedunculis simplicibus rectis (G. I.).* — Perianth. 1phyllum, 5gonum, semi-5fidum, acutum, erectum, persistens. — Cor. Ipetala, hypocrateriformis *(G. Vl.).* Tubus ovatus, calyce obvolutus. Limbus planus, 5partitus; laciniis ovato-oblongis, obtusis, integris. Faux coarctata *(G. Vl.).* — Stam. Filam. 5, brevissima, intra tubum corollae. Anth. oblongae, erectae, inclusae. — Pist. Germeo globosum. Stylus filif., brevissimus. Stigma globosum, inclusum. — Per. Caps. globosa, calyci plano insidens, 1locularis, quinquefariam apice dehiscens. — Sem. plurima, subrotunda, hinc gibba, inde plana. Receptac. erectum, liberum. [✻ *G. I. n.* 141., *II.* 143., *V.* 179., *VI.* 196.]

„A. maxima perianth. maximis patentibus differt." *G. VI.*

1144. A. maxima *Sp. I.:* A. perianthiis *fructum (Sp. II. sq.)* maximis. Hort. ups. p. 36. *Sp. I — S. XII. n.* 1. A. cal. fructuum maximis. H. cliff. p. 50. Roy. logdb. 414. A. fol. lanceolato-ovatis dentatis, cal. corolla longioribus. Wachend. ultr. 28. Andr. altera Cam. epit. 639. Clus. hist. 2. p. 134. Alsine affinis Aodrosace dicta major. Bauh. pin. 251. Habitat inter Austriae segetes. ☉. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. A. vulgaris latif. annua Tourn. inst. 123. Boerh. lugdb. 1. p. 204., A. Matthioli altera Bauh. hist. 3. p. 368., Clus. l. c., Andr. dicta major Moris. hist. 2. p. 536., Auriculae ursi affinis, Andr. dicta, major Herm. lugdb. 82., Bauh. pin. l. c. — *haec aut. id.* „prope Viennam."

H. ups. syn. Tourn. Clus. Cam. ll. cc., *haec nat. idem.*

1145. **A. elongata** *Sp. II. app.:* A. cor. calyce brevioribus, pedicellis longissimis, fol. subdentatis. *Sp. II. app.* p. 1668., *S. XII.* n. 6. — *Gmel. sib.* 4. t. 44. *f.* 4. (*S. XIII.*) — Habitat in Austria. Jacquin. — Simillima Andr. maximae, sed calyces non excrescunt in majores absoluto flore; verum pedunculi proprii evadunt elongati, longit. ipsius scapi. [*Sp. II. app.* l. c.]

1146. **A. septentrionalis** *Sp. I.:* A. foliis lanceolatis dentatis glabris, perianthiis angulatis corolla brevioribus. Fl. suec. 1. n. 160. II. 170. *Sp. I — S. XII.* n. 2. A. calyce fructus parvo. Fl. lapp. n. 78. A. montana, fl. minore. Buxb. act. 2. p. 369. t. 23. f. 2. Alsine verna, androsaces capitulis. Bauh. pin. 251. prod. 118. — *Oed. dan.* t. 7. (*Sp. II. S. XIII.*) — Alsine minor, androsaces alterius facie. Bauh. pin. 251. prodr. 118. — *Burs. XIV.* 75. (*Sp. II.*) — Alsine adfinis Androsace dicta minor. Bauh. pin. 251. Habitat in alpium Lapponiae, Russiae apricis glareosis. ☉. (♂. *Fl. S. II.*) [*Sp. I. II.*]

Fl. lapp. syn. Buxb. (*sine pag. t.*), A. vulg. latif. annua Cels. ups. 10., Bauh. pin. prodr. ll. cc. — *add. obs. β.:* „Quantum ex descriptionib. et Burseri herbario colligere licet, videtur Bauh. eandem plantam ter in pinace descripsisse."

Fl. S. I. II. syn. Cels. l. c., Buxb. l. c., Andr. coronopi foliis glabra, flosculis ex verticilli foliosi umbilico plurib. albis, Amman. ruth. 13., Bauh. ll. cc. *et (bis)* Raj. hist. 1086. — *add. obs.:* „Andr. carnea pl. foliis etc. Ammanni esse eandem cum nostra, docuere semina ab Ammanno accepta et in Horto ups. sata 1741."

1147. **A. villosa** *Sp. I.:* A. fol. pilosis, perianth. hirsutis. *Sp. I — S. XII.* n. 3. Aretia villosa, floribus umbellatis. Hall. helv. 486. Sedum alpinum hirsutum, lacteo flore. Bauh. pin. 284. Sedum minus X., alpinum IV. Clus. hist. 2. p. 62. Habitat in alpibus Rhaeticis, Pyrenaeis, — *Carniolicis*, ♃. (*Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

1148. **A. lactea** *Sp. I.:* A. foliis *linearibus* (*lanceolatis S. XII. sq.*) glabris, umbella involucris multoties longiore. *Sp. I — S. XII.* n. 4. — A. alpina perennis angustif. glabra, flore singulari. Tournef. inst. 123. — *Aretia glabra obtusifolia umbellifera. Allion. pedem.* 1. p. 22. t. 4. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Sedum alpinum, gramineo folio, lacteo flore. Bauh. pin. 284. Raj. hist. 1042. — *extr.* 291. (*Sp. II.*) — Sedum minus XI. Clus. hist. 2. p. 61. Habitat in Austriae alpibus. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Foliorum margo scaber est." *Sp. II.*

1149. **A. carnea** *Sp. I.:* A. fol. subulatis glabris, umbella *involucrum aequante. S. X — XIII.* n. 5., ... *involucris breviore. Sp. I.* n. 6. A. alpina perennis angustifolia glabra et multiflora. Tournef. inst. 123. Sedum alpinum, angustissimo folio, flore carneo. Bauh. pin. 284. Sedum alpinum ejusdem. Column. ecphr. 2. p. 64. t. 65. f. 2. Sanicula alpina, angustissimo folio. Pluk. alm. 332. t. 108. f. 5. — *Var. β. Sp. II.:* Andras. Halleri foliis ciliatis. Sp. pl. l. n. 4. *S. X.* n. 6. Aretia foliis ciliatis linearibus, flor. umbellatis. Hall. helv. 486. t. 7. — Hab. in alpibus Pyrenaeis, Helveticis. ♃. [*Sp. I.* n. 4. 6., *Sp. II.*]

„Folia plana, margine scabra. Umbella *rite enata* (*M. II.*) demum incolucro longior est. Hallec." *Mant. II. p.* 335, (*sub* A. scabra, *err.*), *S. XIII. p.* 102. (*sub A. carnea.*)

Obs. Andras. Halleri Sp. I. (*calami errore in Sp. II. Aretias Halleri nomine citato: quod syn. apud recentiores ubique excludas*): *loc. nat. in alpib. Helvet., cetera ut Sp. II. β.*

CCXI. **PRIMULA** *S. I.:* Involucr. umbellulae. Corollae tubus cylindricus ore patulo. *S. VI. n.* 144., *X.* 180., *XII.* 197.

Primula. Primola veris Tournef. 47. *Malp.* 139. 147. *Pont.* 1. 2. (*G. I. II.*) Auricula Ursi Tournef. 46. — Cal. Involucrum (*unic. G. I.*) polyphyllum, multiflorum, minimum, (*cum pedunc. simplicib. flaccidis. G. I.*) — Perianth. 1phyllum, tubulatum, pentagonum, 5dentatum, acutum, erectum, persistens. — Cor. 1petala. Tubus cylindraceus, longit. calycis, terminatus collo parvo, hemisphaerico. Limbus patens, semi-5fidus: laciniis obcordatis, emarginatis, obtusis. *Faux pervia* (*G. VI.*). — Stam. Filam. 5, brevissima, intra collum corollae. Anth. acuminatae, erectae, conniventes, inclusae. — Pist. Germen globosum. Stylus filif., longit. calycis. Stigma globosum. — Per. Caps. teres, longit. fermc perianthii, tecta, 1locularis, dehiscens apice 10dentato. — Sem. numerosa, subrotunda. Receptac. ovato-oblongum, liberum. [*G. I. n.* 112., *II.* 144., *V.* 180., *VI.* 197.]

Obs. S. I. syn. Tourn. utrumq. — *Cf. de utroq. genere T-il: Fl. lapp. n.* 79. *obs. β., de nom. gen. Primulae: ibid. obs. γ.*

1150. **P. veris** *Sp. I.:* P. foliis dentatis rugosis. *Sp. I — S. XII. n.* 1. *P. fol. denticulatis rugosis.* H. cliff. p. 51., Fl. suec. 1. n. 161., II. 171. *II. ups. p.* 31. *n.* ". — Roy. lugdb. 415. Dalib. paris. 62. —

Var. (α.) officinalis *Sp. I.:* ..... limbo corollarum concavo. *II. cliff.* l. c. Mat. med. n. 64. P. veris odorata, flore luteo simplici. Bauh. hist. 3. p. 495. Verbasculum pratense odoratum. Bauh. pin. 241. — *Oed. dan.* t. 433. (*S. XIII.*) —

Var. β. elatior *Sp. I.:* P. ..... limbo corollarum plano. *II. cliff.* l. c. *β.* Verbasculum pratense vel sylvaticum inodorum. Bauh. pin. 241. Primola veris, pallido flore, elatior. Clus. hist. 1. p. 301. — *Oed. dan.* t. 434. (*S. XIII.*) —

Var. γ. acaulis *Sp. I.:* P. acaulis. .... scapo nullo. P. veris, pallido flore, humilis. Clus. hist. 1. p. 302. Verbasculum sylvestre majus, singulari flore. Bauh. pin. 241. — *Oed. dan.* t. 194. (*S. XIII.*) —

Habitat in Europae pratis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. varr. duae: α. P. veris *odor.* fl. l. simpl. Bauh. hist. l. c. Tourn. inst. 124. P. veris flaco fl. elatior. Clus. hist. 1. p. 301., P. veris umbellata odor. pratensis. Boerh. lugdb. 1. p. 199., P. veris major fl. luteis odoratis, Dod. pempt. 147., Verb. prat. odorat. Bauh. pin. l. c. — *et β.:* P. veris pallido fl. elatior. Clus. Tourn. Boerh. ll. cc., P. veris caulifera, pallido fl. inodoro aut vix odoro, Bauh. hist. 496., V. prat. vel sylvat. inod. Bauh. pin. l. c. — „α. in pratis septentrionalium, β. in sylvis australium magis obvia." — *Add. obs., species vix esse, demonstrante, quam cf.*

Mat. med. syn. Verb. prat. odorat. Bauh. pin. l. c., *l. nat. ut Sp. I.*

H. ups. l. c. var. solum duas exhibet: β. P. veris prolifera fl. purpureo. Tourn. inst. 123. — *ut γ.* P. v. pallido fl. elatior. Clus. l. c. V. prat. vel sylvat. inod. Bauh. pin. l. c. — *Add. obs.:* „Singularis est var. β. quae gaudet calyce corolliformi. Habitat in Oriente, γ. passim per Europ. australiorem. — [*De eadem hac var. β. H. ups. (non Sp.) L. agit in Pract. ed. Gis. p.* 347., *ubi male P. veris elatiar a Gleditsch dicta. R.*]

Fl. S. I. II. syn. C. et J. Bauh., ad var. α., data, (et P.: veris Till. ic. 3., *in ed. I.) — add. var. β. (elatiar), cum syn. Clus. et Bauh. pin. ll. cc.*

„Var. β. elatiar, constans, cor. inodoris duplo majoribus, limbo plano, temporis filii, considerata structura ipsius et congenerum, mihi certe videtur." *Fl. Suec. II.* — [*Eandem sententiam etiam in diss. de pl. hybr., Am. ac.* 3. *p.* 29. *tractavit L., hanc pro* ♀ *declarans. Simil. in H. cliff. R.*]

„P. veris acaulis. Scapus brevissimus sub terra latet pedunculis elongatis." *Mant. II. p.* 335. *S. XIII.* — [*Similiter, sed paulo fusius, in Pract. ed. Gis. p.* 347. — *Florae Succicae hanc var. addit L. in Faunae Suec. app. p.* 557. *R.*]

„Varietates licet constantes β. γ. non specie distinguo, uti nec Maurum ab Europaeo." *Sp. II.*

1151. **P. farinosa** *Sp. I.:* P. foliis crenatis glabris, florum limbo plano. H. cliff. p. 50. n. 1. Fl. suec. l. n. 162., II. 172. *Sp. I — S. XII.* n. 2. — *Oed. dan.* t. 125. (*S. XIII.*) — P. fol. crenatis glabris. Vir. cliff. p. 12. Roy. lugdb. 415. P. florib. erectis fastigiatis. Fl. lapp. n. 79. P. veris rubro flore. Clus. pann. 340. Verbasculum umbellatum alpinum minus. Bauh. pin. 242. Habitat in Alpinis frigidisque Europae pratis uliginosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Pedunculi et Calyces farina quasi picti." *Fl. S. II.*

Fl. lapp. syn. P. veris rubro fl. Tourn. inst. 124., P. veris fl. purpureo. Rudb. cat. 34. hort. 93., Bauh. l. c., Caesar inter herbas aut Regalus. Siml. alp. 130. b. — *Add. obs. α.:* „Haec Primula, quae per campos Scanenses, Upsaliaeque prata primo vere transeuntium oculos fulgenti florum suorum purpura in se convertit, non prodibat in conspectum per totum iter, nisi postquam Alpes lapponicas conscenderem, ubi parcissime proveniens florib. 2. 3bus vs

modo instruebatur, lisque admodum pallidis, adeo ut in Alp. lapponicis nec merestur nomen Caesaria, nec Reguli: Caulis tamen plantae hic locorum ad spitamae unius longitudinem et ultra adscendebat; id quod vix alibi in Suecia observare licet." — [*Obs. Sermo hic esse videtur de P. stricta Hurn., et verosimile est, eandem esse plantam, quam L. commemorat in Laches. lapp. l. p.* 277., *nec vero, ut ibi asserit editor, P. integrifoliam, a Wahlenbergio inter lapponicas non enumeratam. cf. n.* 1134. *obs. R.*]

H. cliff. syn. Tourn. l. c. *et* Clus. hist. 1. p. 300., P. veris minor purpurascens Bauh. hist. 3. p. 498., Auric. ursi minima 8. rubro. Boerh. lugdb. *t.* p. 201., Bauh. pin. l. c. — *cum sua.* α. P. v. albo flore Clus. hist. Tourn. 8. ec. V. umb. alp. major Bauh. pin. l. c. — *Fl. S.* syn. Clus. pann. Bauh. pin. 11. ec. *(et Rudb. 11, ec, in ed. I.)*

1152. **P. Auricula** *Sp. I.:* P. foliis serratis glabris. Vir. cliff. p. 12. H. ups. p. 36. n. 1. Roy. lugdb. 415. *Sp. I — S. XII. n.* 3. P. foliis serratis carnosis glabris limbo florum conico. H. cliff. p. 50. n. 2. Sanicula alpina lutea Bauh. pin. 242. — *Varr.* β. Sanic. alpina purpurea Bauh. pin. 242. — γ. S. alpina, foliis rotundis Bauh. pin. 242. — δ. S. alpina, flore variegato Bauh. pin. 242. — ε. S. alpina angustifolia Bauh. pin. 243. — ζ. S. alpina, foliis quasi farina adspersis. Baub. pin. 243. — Habitat in alpibus Helveticis, Styriacis. 4. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Auricula ursi, species 1-5. Clus. hist. 1. p. 302., A. ors. species 1-16. Tourn. inst. 121., Sanic. alpina sp. 1-6. Bauh. l. c. — *H. cliff. syn. cad. et:* Aor. ursi sp. 1-24. Boerh. lugdb. 1. p. 201, ... spec. 1-66. Volck. hesp. 216. figuris, S. alpina lutea Moris. hist. 2. p. 557. s. 5. t. 24. f. 2.

„Varr. hujus speciei infinitas colunt adiacentes [*sc. baturici*] Anthophili, quas omnes recensere luxuriantis aeque calami atque ipsius plantae, esset." *H. cliff.*

„Varietates hujus speciei sunt sequentes: — α. planta glabra, viridis, corollarum lacin. bifidis, limbo erecto purpureo, fauce flava, — β. pl. subfarinacea, corollarum lacin. emarginatis, limbo plano rubro, fauce flava, — γ. pl. farinacea, corollar. lacin. integris, limbo erecto rubro, fauce pallida, — δ. pl. farinacea, corollar. lacin. repandis, limbo pateote atropurpureo, fauce alba, medio lutea." *H. ups.*

1153. **P. minima** *Sp. I.:* P. foliis cuneiformibus dentatis *nitidis hirsutis, scapis subunifloris. S. XII. XIII. n.* 5., ... minimis corolla longe minoribus. *Sp. I. S. X. n.* 4. *Sp. II. n.* 5. — *P. fol. cunsif. nit., sc. 1floris Jacq. vind.* 208. *spec. t.* 14. *P. fol. petiolatis hirsutis ovat. serratis, scapo paucifl. Hall. emend.* 40. (*S. XII.*) — Sanicula alpina minima carnea Bauh. pin. 243. Auricula ursi VIII. minima Clus. hist. 1. p. 305. Habitat in Sneberg, Tauro, Judenberg inque altissimo monte prope salinas Austriae superioris, qua tenditur in Styriam. 4. [*Sp. I. II.*]

„Involucrum diphyllum, calyce brevius. Flos unicus. Corolla infundibuliformis, intus birsuta absque fundo coarctato." *Sp. II. App. p.* 1678., *cum syn. Jacq. vind.* — „Inv. 2phyll. Calyx tubo brevior, unicus, sessilis. Cor. luteo intus hirsuta." *S. XII. XIII.*

1154. **P. integrifolia** *Sp. I.:* P. foliis integerrimis glabris oblongis, cal. tubulosis obtusis. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 4. — *Jacq. vind.* 209. *spec. t.* 15. (*S. XII.*) — *Oed. dan.* 188. (*Am. ac., S. XIII.*) — P. fol. glabris carnosis integerrimis. Hall. belv. 485. Sanicula alpina rubescens, folio non serrato. Bauh. pin. 243. Auricula ursi IV. Clus. hist. 1. p. 303. t. 304. Habitat in Alpibus Helveticis, Styriacis, Pyrenaicis 4. [*Sp. I. II.*]

„Corollae laciniae semibifidae: Tubo simplici absque collo coarctato." *Sp. II. app. p.* 1678. *(cum syn. Jacq. sind.), S. XII. XIII.*

[*Obs. P. integrifolia a Smithia in Lapponia indicata (Sm. fl. lapp. ed. II. p.* 92., *Lachesis lapp. l. p.* 277.) *cum P. stricta est (cf. supra n.* 1151.), *an P. finmarchica Jq.? R.*]

1155. **P. cortusoides** *Sp. I.:* P. foliis petiolatis cordatis sublobatis crenatis. *Sp. I — S. XII. n.* 7. — Habitat in Sibiria. D. Gmelin. — Herba foliis sequentis, floribus antecedentis. [*Sp. I. II.*]

Obs. Hybridam hanc ex ♀ Pr. integrif. et ♂ Cortusa Matthioli ortam esse existimat, cum lisque comparat L. in Diss. pl. hybr., Am. ac. 3. *p.* 30.

CCXII. **CORTUSA** *G. I.:* Cor. rotata: fauce annulo elevato. Caps. 1locularis, ovalis, apice 5valvi. *S. XII. n.* 198. — Cor. rot. limbo patente. Caps. 2valvis *S. VI. n.* 145., *X.* 181.

Coatusa *Motih. (S. G. V. VI.)* Boerh. — Cal. Perianth. 5fidum, patens, minimum, persistens: laciniis obtusis (lanceolatis, 3dentatis, *M. I.*), apicibus reflexis. — Cor. 1petala, rotata. Tubus vix ullus. Limbus planus, quinquepartitus, amplus: laciniis subrotundis (uvatis scutis, *M. I.*), ad quarum basin prominent tubercula quinque. (Faux nuuslu clevulo. *M. I.*) — Stam. Filam. 5, brevia (*S. G. VI.*), obtusa. Anth. bilamellatae, oblongae, erectae, exteriori parte affixae. — Pist. Germ. ovatum. Stylus filif., staminibus subaequalis (vix *G. I - V.*) aequalis. (... corolla longior, persistens. *M. I.*) Stigma simplex. (St, subcapitatum. *M. I.*) — Per. Caps. uvato-oblonga, acuminata, utrinque longitudinaliter sulcata, unilocularis, bivalvis, valvularum marginibus involutis. (Caps. ovalis, sesmiuala, semi-5valvis. *M. I.*) — Sem. numerosa, oblonga, obtusa, parva. (Sem. numer., cumpresso, sugulata. *M. I.*) — [*S. G. I. n.* 113., *II.* 145., *V.* 181., *VI.* 198, — *Emend. additae Mant. I. p.* 139.]

Obs. Cf. de nom gen. H. cliff. p. 50. *n.* 2. *obs.*

1156. **C. Matthioli** *Sp. I.:* C. calycibus corolla brevioribus. *Sp. I — S. XII. n.* 1. — *All. act. helv.* 4. *p.* 271. (*S. XII.*) — C. fol. cordatis petiolatis. H. cliff. p. 50. n. 2. Roy. lugdb. 414. C. matthioli Clus. hist. 1. p. 307. Sanicula montana latif. laciuiata. Bauh. pin. 243. Habitat in alpibus Austriae, Sibiriae. [*Sp. I. II.*]

„Flores in hac planta ex involucro prodeunt ut Primulae et Androsaces species." *H. cliff., (cum syn.* Cortusa Bauh. hist. 3. p. 499. Boerh. lugdb. *t.* p. 206., Clus. l. c., Auricula ursi laciniata s. C. matthioli, fl. rubro. Tourn. inst. 121., Primula veris montana lanceolata. Herm. lugdb. 506., Bauh. pin. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 558. s. 5. t. 24. f. 5. 6., Sanic. alpina s. C. matthioli Raj. hist. 1084., Sanic. alpina Clus. hist. 306.: — *locu aut.* in alp. Austr. et Styriae. umbrosis.)

1157. **C. Gmelini** *Sp. I.:* C. calycibus corollam excedentibus. *Diss. pl. camts. in* Amoen. acad. 2. p. 340. *Sp. I — S. XII. n.* 2. — *Gmel. sibir.* 4. *p.* 79. *t.* 43. *f.* 1. (*Mant. II.*) — Habitat in Sibiria. D. Gmelin. 4. [*Sp. I. II.*]

„Rad. fibrosa, capillaris. Fol. radicalia plurima, cordata, obtusa, crenata: Lobis 11, obtusis, rotundatis, subaequalibus, inferioribus paulo angustioribus, superne adspersa Pilis vagis, albidis, uncialia, insidentia Petiolis folio quadruplo longioribus, liscaribus. Scapi plures, nudi, pilis vagis adspersi, foliis paulo longiores, terminati involucro, cum umbella inaequali. Iuvol. saepius 3phyllum, ovatum, minimum, acutum, pilis adspersum. Umbellae Pedunculi 3 vel 4, filif., inaequales, caule dimidio breviores, terminati flore solitario. Col. Perianth. 1phyllum, 5fidum, campanulatum: Lobis subovatis, acutis, patulis. Cor. 1petala, infundibulif., alba, fauce coarctata, calyce minor, brevior, multoque angustior: Limbo 5fido, obtuso. Stam. Filam. 5, corollae inserta versus basin. Anth. subrotundae, intra faucem. Pist. Germ. subrotundum. Stylus brevis. Stigma simplex. Per. Caps. subglobosa, 1locularis, apice 5valvis. Sem. plurima, subrotunda. — Facies foliorum ad Chrysosplenium accedit. — Lecis et haec fuit ab indefesso Gmelino." *Am. ac.*

„Folia reniformi-cordata, crenis lobata lobis rotundatis, pilis adspersa, longius petiolata. Scapi nudi, foliis altiores. Umbella subtriflore involucri foliolis ovatis. Cor. albae." *S. XII. XIII.*

Obs. Altera species (n. 1.) *H. cliff-ni est Verbascum Myconi, n.* 1414., *q. cf.*

CCXIII. **SOLDANELLA** *S. I.:* Corolla campanulata, lacero-multifida. *S. VI. n.* 146., *X.* 182. ..... Caps. 1locularis, apice multidentata. *S. XII. XIII. n.* 199.

Soldanella Tournef. 16. — Cal. Perianth. 5partitum, rectum, persistens: laciniis lanceolatis. — Cor. 1petala campanulata, sensim ampliata, recta: ore lacero, acuto. — Stam. Filam. 5, subulata. Anth. simplices, *sagittatae (S. G. VI.).* — Pist. Germ. subrotundum. Stylus filif., longit. corollae, per-

sistens. Stigma *simplex (obtusum, G. I-V.)*. — Per. Caps. oblonga, teres, oblique striata, 1locularis, dehiscens apice 10dentato. — Sem. numerosa, acuminata, micima. Receptac. columnare, liberum. [✻ *G. I. n.* 115., *II.* 146., *V.* 182., *VI.* 199.]

1158. **S. alpina** *Sp. I — S. XII. n.* 1. — *Jocq. aust.* t. 13. (*Mont. II.*) — Soldanella H. cliff. p. 49. Roy. lugdb. 414. Hall. helv. 488. S. alpina rotundifolia. Baob. pin. 295. Moris. hist. 2. p. 285. s. 3. t. 15. f. 8. S. alpina Cam. epit. 254. Habitat in alpibus Helvetiae, Austriae, Pyrenaeorum. 4. [*Sp. I. II.*]

„Scapus variat emiflorus et multiflorus." *Sp. II.* — „Scapus 2florus." *S. XIII.*

H. cliff. syn. Bauh. Mor. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 202., S. alp. minor Clus. hist. 1. p. 309., S. montana quibusdam. Bauh. hist. 2. p. 817., — *varr.*: *α.* S. alp. rotundif. fl. niveo. Tourn. inst. 82., — *β.* S. alp. fol. minus rotundo. Bauh. pin. 296., Moris. l. c. p. 286. *t.* 9., S. alp. major Clus. 308. — *l. not.* alp. Austr. Styriae.

CCXIV. **DODECATHEON** *Diss. Chen.*: Cor. rotata, reflexa. Stam. tubo insidentia. Caps. 1oecularis oblonga. *S. X. n.* 183., *XII.* 200.

Dodecatheon. — Cal. 1ovolucrum polyphyllum, multiflorum, minimum. — Perianth. 1phyllum, semi-5fidum, persistens: laciniis reflexis, demum longioribus, persistentibus. — Cor. 1petala, 5partita. Tubus calyce brevior. Limbus retroflexus: laciniis longissimis, lanceolatis. — Stam. Filam. fl., brevissima, obtusa, tubo insidentia. Anth. sagittatae, coeolventes 1o rostrum. — Pist. Germen conicum Stylus filif., staminibus longior. Stigma obtusum. — Per. Caps. ovato-oblonga, 1locularis, apice dehiscens. — Sem. plurima, parva. Receptac. liberum, parvum. [*Diss. Chenon. n.* 1955., *G. V. n.* 183., ✻ *VI.* 200.]

Obs. Nomen generis explic. in Prosl. ad Gis. p. 348.

1159. **D. Meadia** *Sp. I — S. XII. n.* 1. — *Dodecatheon Diss. Chenon. in Amoen. acad.* 3. *p.* 16. (*Sp. II.*) — Meadia Catesb. car. 3. p. 1. t. 1. — *Trew. ehret. t.* 12. *Mill. dict. t.* 174. (*S. X. Sp. II.*) — Auricula ursi virginiana, fl. boraginis instar rostratis, cyclaminum more reflexis. Pluk. alm. 62. t. 79. f. 6. — Habitat in Virginiae *nemoribus* (*Am. ac.*). 4. [*Sp. I. II.*]

1311. **C. Trachelium** *Sp. I.*: C. caole angulato, fol. petiolatis, cal. ciliatis, pedooc. trifidis. *Sp. I. S. X. n.* 18. Fl. S. II. n. 189. *Sp. II. S. XII. n.* 16. *C. caule ang., fol. pedunculatis simplicib., lacin. ciliatis.* Vir. cliff. p. 16. Fl. suec. 1. n. 181. Roy. lugdb. 245. Dalib. paris. 66. C. fol. radicalib. cordatis, cal. ciliatis. H. cliff. p 64. n. 2. C. vulgatior, foliis urticae, vel, major ot asperior. Bauh. pin. 94. Habitat in Europae sepibus. ♃. — Fol. ovata, subcordata, petiolata, dentata. Pedunc. 3fidi, 3flori. [*Sp. I. II.*]

„Variat corolla duplicata et triplicata." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 249. *et* Tourn. inst. 109., C. major vulgatior asperior *fol.* artic. Moris. hist. 2. p. 459. s. 5. t. 3. *f.* 28., Bauh. hist. 2. p. 806., Trachelium s. Cervicaria Lob. hist. 176., Tr. vulgare Clus. hist. 2. p. 170., Cervicaria major Dod. pempt. 164. — *varr.* 5: *α.* C. *(etc.)* fl. dilute purpureo, — *β.* candido, — *γ.* fl. duplici caeruleo, interdam 3-4plici. — *δ.* fl. duplici albo, — *ε.* fl. duplici caeruleo majore. Tnara. l. c.

Fl. S. syn. Bauh. pin. *et* Cels. ups. 6., Dod. Clus. ll. cc. *(et Roy. l. c. in ed. I.)*, — *var. β.* C. *(etc.)* fl. candido. Cels. l. c.

1312. **C. glomerata** *Sp. I.*: C. caole angulato *simplici* (*Sp. I. sq.*), flor. sessilibus, capitulo terminali. Vir. cliff. p. 16. Fl. suec. 1. n. 182., II. 190. It. gotl. p. 196. Roy. logdb. 245. Dalib. paris. 67. *Sp. I. S. X. n.* 19., *Sp. II. S. XII. n.* 17. C. fol. lanceolato-ovatis crenatis, ramis capitulo florali terminatis. H. cliff. p. 64. n. 4. C. fl. conglomerato. It. scan. p. 306. C. pratensis, fl. conglomerato. Bauh. pin. 94. Trachelium alpioum, fl. conglomeratis, fol. asarinae rigidis et hirsutis. Herm. par. 235. t. 235. Habitat in Angliae, Gallico, *Austriae* (*Sp. II.*), Sueciae pratis aridis. ♃. — Folia ovato-oblonga, sessilia, obtusiuscula. Flores 3, sessiles in alis foliorum; capitulum terminale. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 249., Trachel. pratense fl. conglom. Moris. hist. 2. p. 461 s. 5. t. 4. f. 43., Tr. minus Clus. hist. 2. p. 171. Lob. hist. 176. Bauh. hist. 2. p. 800., Cervicaria minor Dod. pempt. 164., Rapunculus calycialatus Barr. rar. t. 523. *f.* 3. — *var. α.* C. pratens. fl. conglom. albo. Tourn. inst. 110. — *l. a. aut.* in montib.. cretaceis Angliae, in pratis nemorosis Roslagiae in Suecia etc.

Fl. S. I. II. syn. C. Bauh. l. c. *(et Cels. ups. 6. Roy. l. c., in ed. I.)*, Dod., Clus., ll. cc. *(et Herm. l. c. in ed. II.).*

„Folia cordata-lanc., crenata, pubescentia, petiolata; summa vero sessilia, semiamplexicaulia. Fl. sessiles, in capitulum congesti, erecti, folliis cordatis calycem fingentibus exceptis; calyces simplicissimi." *It. gotl. l. c.* [*prope Rute*].

„Caulis simpliciss., teretiusculus at fere 3angularis ob foliorum bases decurrentes, pedalis. Fol. caulina 12 s. 14, ovalia, oblonga, et fere lanceolata, sessilia, obtusiuscule serrata, subtomentosa more Digitalis; inferiora vero basi magis angustata. Flores e summitate caulis in fasciculum collecti, tres scilicet semper flores ex eodem puncto prognati, quibus adstant ubique bracteae 2 appositae parvae lanceolatae ciliatae. Fl. superiores prius florent; rudimenta florum inferiora ex alis foliorum emarcescunt. Coz. sampanulatae, violaceae, sinubus villosus. Diversa igitur haec Campanula a Camp. Trachelium dicta (Fl. S. l. c. 181.) eo, quod in Trachelio cautis 3gonus, angulis magis asperis et scabris, folia magis ovata et acutius serrata. — Legi hanc Camp. monstro-

sam absque corolla, calycibus in foliola excrescentibus plenitudinem exhibentibus." *It. scan. I. c.* [*versus Helsingbory.*]

1312. **C. Cervicaria** *Sp. I.*: C. hispida, flor. sessilibus, capitulo terminali, fol. lanceolato-linearibus undulatis. It. oelaud. p. 115. (*t. a.*) Fl. suec. I. n. 183., II. 191. *Sp. I. S. X. n* 20., *Sp. II. S. XII. n.* 18. — *Camp. foliis echii. Bauh. pradr.* 36. (*non pinac.*) (*Sp. II.*) — *Trachelium altissimum, fol. asperis angustis, fl. parvis. Bauh. hist.* 2. p. 801. *t.* 801. [*Excindendum. S. XIII.*] — Habitat in Helvetiae, Sueciae, Germaniae asperis sylvaticis. (4. *Fl. S.*) [*Sp. I. II.*]

„Antecedenti similis, sed magis scabra et hispida, duplogue altior, et foliis fingualis; rarius denique planta ad pierumque sylvestris, in locis saepius ubi aliera non occurrit." *Fl. S. II.*

„Haec Campanula alioqui in Suecia rarissima, vulgaris hoc loco [ad *Pennes*] in pratis. Caul. satis altus, absque ramis, inaequaliter sanguius, setis transparentibus reflexis adspersus; fol. lineari-lanceolata, margin. undulatis." *It. oel I. c.*

„Corollae anguli exteriores longitudinaliter ciliati." *Sp. II.*

Fl. S. syn. C. altissima hirsuta asperior, fol. angustis, flor. parvis conglomeratis. Dill. giss. 121. Cels. nps. 6., J. Bauh. hist. *I. c. (et:* C. alpina altiss. hirsuta, parvo fl. Tourn. inst. 110., C. foliis et spica longissimis, fl. sessilibus in alis congestis. Hall. helv. 492., *in Ed. I.*)

1314. **C. peregrina** *Mant. II.*: C. foliis ovatis rugosis, petiolis macginato-dilatatis serratisque, caule simplici hispido, corollis patulis. — Habitat ad C. B. Sp.? inter semina capensia excrevit. ♂. — Fol. radicalia (Primulae veris), ovata, obtusa, rugosa, crenata, utrinque scabra. Petioli dilatati, serrati s. denlati. Caulis pedalis, simplicissimus, erectus, hispidus, desinens in racemum. Fol. caulina minora, alterna. Fl. sublaterales, solitarii, subsessiles. Cal. oblongus, hispidus (absque reflexis sinubus), corolla dimidio brevior. Cor. patens, inter campanulatam et rutatam media, caerulea fundo atrocaeruleo. Stamina et pistillum (corolla non longiora) caerulea.

[*Mant. II. p.* 204. — ☉. *in S. XIII.*]

1315. **C. thyrsoides** *Sp. I.*: C. hispida, racemo ovato-oblongo terminali, caule simplicissimo, fol. lanceolato-linearibus. *Sp. I. n.* 21., *II.* 19. *C. thyrsoidea* (*diagn. ead.*) *S. X. n.* 21. *XII. XIII.* 19. — *Jacq. vind.* 211. *obs.* 34. *t.* 21. (*S. XII.*) — C. foliis echii Bauh. pin. 94. Alopecurus alpinus quibusdam, Echium montanum dalechampii. Bauh. hist. 2 p. 809. Cervicaria majoc tenuifolia. Thal. harc. 32. t. 4. descr. Habitat in alpibus Haccyniae, *Carniolae* (*Sp. II.*: — *aliisque. Sp. I.*). 4. [*Sp. I. II.*]

Obs. Musit hanc Halterus (cf. Smith. epist. tom. 2. p. 377.).

1316. **C. petraea** *S. X.*: C. caule angulato simplici, flor. sessilibus capitato-glomeratis, foliis subtus tomentosis. *S. X. n.* 20. A. (*t. c.*), *Sp. II. S. XII. n.* 20. C. fol. lanc.-ovatis serratis bispidis, fl. per caulem dense congestis. Segu. ver. 1. p. 179. C. alpina sphaerocephalos Bauh. pin. 94. — *Plnk. phyt.* 152. *f.* 1. (*S. XII.*) — Trachelium majus petraeum Pon. bald. 333. Bauh. hist. 2. p. 801. Habitat in Baldo. — Folia ovato-oblonga, obtusiuscula, serrata, supra scabra, subtus tomentosa nivea. [*Sp. II.*]

*** *Capsulis obtectis calycis sinubus reflexis.* (*S. XII. XIII.*)

1317. **C. dichotoma** *Cent. II.*: C. capsulis quinquelocularibus obtectis, caule dichotomo, *Cent. II. n.* 123. *in* Amoen. acad. 4. p. 306., ... flor. cernuis. *S. X. n.* 21. B., *Sp. II. S. XII. XIII. n.* 24. C. hirsuta, ocymi folio caulem ambiente, fl. pendulo. Bocc. sic. 83. t. 45 f. 1. Moris. hist. 2. p. 459. s. 5. t. 3. f. 26. Raj. hist. 736. Habitat in Syria, Sicilia. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Caul. dichotomus. Fol. oblonga, scabra. Fl. solitarii, a dichotomia et apicib. ramorum, cernui, structura C. Madii, sed dimidio minores, at duplo majores quam in Sibirica." *Am. ac.*

„Boccani synonymon alii ad Camp. mallam potius referunt." *Mant. II. p.* 337.

[*Obs. Varietatem C. mallis hanc fecit in S. XIII., (cf. n.* 1322.*), nec vero hoc loco delevit ibidem editor. R.*]

1318. **C. Medium** *Sp. I.*: C. caps. quinquelocularibus obtectis, caule simplici erecta *foliosa* (☉. *S. X.*), florib. erectis. *S. X. n.* 22. (*t. c.*), *Sp. II. S. XII. n.* 21. *C. caps. 5loculacib. tectis calycum sinubus reflexis.* Vir. cliff. p. 16. Roy. lugdb. 245. *H. nps. p.* 40. *n.* 1. *Sp. I. n.* 22. C. cal. a tergo lamellis quinque notatis. H. cliff. p. 64. n. 1. C. hortensis, folio et fl. oblongo. Bauh. pin. 94. Viola mariana Dod. pempt. 163. Habitat in Germaniae, Italiae *sylvis apricis* (*nemocibus Sp. I.*). ♂. [*Sp. I. excl. β. γ., II.*]

Sp. I. add. narr.: *β.* C. foliis anchusae, fl. oblongis. Bauh. pin. 94. Hall. helv. 493. [*C. spicata? q. cf. R.*] — *et γ.* C. fol. echii, fl. villos. Bauh. pin. prod. [*vid. C. barbatam. R.*]

H. cliff. syn. C. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 459. s. 5. t. 3. f. 3. Boerh. lugdb. 1. p. 249., Dod. l. c., Viola mariana dodonaei, quibusdam Medium. Bauh. hist. 2. p. 804., Medium fl. caeruleo Beal. cyst. aest. 17. f. 3.; — *var. β.* Medium fl. albo Besl. f. 2., *γ.* Medium fl. argenteo Besl. f. 1.; — *add. obs.*: „Singularis et a reliquis parum diversa est hujus plantae fructificatio. Calyx enim externe fl auriculis s. lamellis, dehiscentibus a basi ad lacinias usque calycis, lustruitur. Capsula in hac 5locularis, at in reliquis 3locul. Corolla in hac exacte campanulata est, omnium maxima respectu magnitudinis ipsius plantae, in fundo corollae, lutra nectarium 5 valvis stamiaiferis clausum, latet mel saturatissimum, ope apum instar elaboratissimum. Farina genitalis dispersa adhaeret medio styli. An foecundatio fieri queat in regno vegetabili absque stigmatis adspersione?"

H. nps. (eam omis.) syn. Vir. et H. cliff., C. Bauh., Dod., *ll. cc.*, Medium Cam. epit. 729.

1319. **C. barbata** *S. X.*: C. capsulis quinquelocularibus obtectis, caule simplicissimo unifolio, fol. lanceolatis, cor. barbatis. *S. X. n.* 22. C., *Sp. II. S. XII. n.* 22. [*C. Medium γ. Sp. I. n.* 22.] C. foliis echii, fl. villosis. Bauh. pin. 94. prodr. 36. t. 36. — *C. alpina asperior, fol. echii, fl. magna oilloso. Pluk. phyt.* 153. *f.* 6. (*S. X. Sp. II.*) — Rapunculus montanus Bauh. hist. 2. p. 808. Habitat in Alpibus Austriae, Helvetiae, Pedemontii. *Allioni* (*S. X. Sp. II.*). — Caulis simplicis., spithamaeus, in medio folio unico, radicalibus simili. Folia radicalia lanceolata, scabra, obtusinsc., integerrima. Flores ad apicem caulis 3 s. 4. secundi, intus valde barbati. Caps. 5locularis, obtecta sinubus reflexis. [*Sp. II.*]

Mant. II. p. 337. (*et S. XIII.*) *add.*: „Campanula fol. hispidis, caule subunifloro. All. pedem. 36. t. 6. f. 2. — Variat caule floribus 2, 3, 4, pluribus, Scop. ann. 2. p. 45."

1320. **C. spicata** *Sp. I.*: C. hispida, spica laxa, floribus alternis, foliis linearibus, *Sp. I. p.* 166. *n.* 17., *II. p.* 234. *n.* 15. *S. X. n.* 17., ... *integerrimis. S. XII. p.* 160. *n.* 15. *XIII. p.* 174. *n.* 15. C. hirsuto fol. angusto leviter serrato, fl. parvis spicatis. Pluk. alm. 76. t. 153. f. 3. — *C. foliis anchusae, fl. oblongis. Bauh. pin.* 94. (☉. *Sp. II.*) — Habitat in Vallesia. — Radix crassitie digiti. Folia radicalia linear-lanceolata, caulina similia, sed breviora. Caulis pedalis; ramis alternis, terminatis spica longissima ex flor. sessilib., alternis, remotis, pluriinis. Cor. anbcylindricae. Planta caule, foliis, calycibus pilis albis hispida. [*Sp. I. II.*]

Obs. Haec et sequens in Sp. I. - S. XII. inter n. 1310. *et* 1311. *collocatae (in Sect. ** S. XII.); huc relatae in S. XIII. ob annotat. M. Hdae, quae sequitur:*

„Locanda est post C. barbatam, cum sinus calycis reflexi sint. — Trachelium altissimum fol. asperis, fl. parvis, J. Bauh. [*cf. n.* 1313. *R.*] ad hanc nec ad C. Cervicariam refertur, cum non habeat flores in capitulo glomeratos versus summitatem. Haller." *Mant. II. p.* 337.

1321. **C. alpina** *Sp. II. App.*: C. caule simplici, pedunc. unifloris axillaribus diphyllis. Jacq. vind. 210. descr. *Sp. II. App. p.* 1669. *S. XII. p.* 160. *n.* 41., *XIII. p.* 174. *n.* 41. C. alpina pumila lanuginosa Bauh. pin. 94. Trachelium pumilum alpinum Clus. hist. 171. Habitat in Alpibus Schneebecg. 4. — Caulis simpliciss. Folia linearioblonga, superne latescentia, obtusa, integra, bicsuta. Pedunc. axillares, longi, 1flori: *foliolis* (*bracteis S. XII.*) duobus alternis. [*Sp. II. app.*]

[*Obs. Var. C-ae rhomboidalis* vocata *in Mant. II.*: *cf. supra n.* 1305. *R.*]

1322. **C. mollis** *Sp. II.*: C. caps. quinquelocularibus obtectis pedunculatis, caule prostrato, fol. subovbiculatis. *Sp. II. S. XII. n.* 25. C. rotundif. hirsuta saxatilis, fol. molli. Bocc. mus. app. — *Camp. hirsuta, ocymi folia*

caulem ambiente, flore pendulo. Bocc. sic. 83. *Viola mariana minor caerulea, folio rubrotundo, calyce corniculata. Barr. ic.* 759. (*S. XII - XIII.*) — Habitat in Oriente, Hispania. Alströmer. — Caules decumbentes, subramosi, rigidiusc., villosi. Fol. parva, sessilia, suborbiculata, subintegerr., tomentosa, pubescentia. Flor. ex alis foliorum, solitarii, longius pedunculati. Cal. magni, ovati, sinubus reflexis. Flores foliis sextuplo majores. — Verbo: Herba Antirrhini mollis, flores Camp. Medii, caeterum statura Camp. heterophyllae. [*Sp. II.*]

„Var. β. C. dichotoma Sp. II. p. 237." *S. XIII.* — [*Cf. a.* 1317. *R.*]

1322. **C. saxatilis** *Sp. I.*: C. foliis obovatis crenatis, flor. alternis nutantibus, caps. quinquecarinatis, *Sp. I. S. X. n* 24., *Sp. II. n.* 26., ... *obtectis. S. XII. XIII. n.* 26. C. cretica saxatilis, bellidis fol., magno fl. Tournef. inst. 111. Barr. rar. 79. t. 813. Tracbelium saxatile, bellidis folio, caeruleum creticum. Bocc. mus. 2. p. 76. t. 64. Habitat in Cretae scopulis saxosis. [†. *Sp. I. II.*]

1324. **C. sibirica** *Sp. I.*: C. capsulis trilocularibus obtectis, caule paniculato. *S. X - XIII. Sp. II., n.* 23. *C. caps.* 3loc., *loculis calycis sinubus reflexis. Sp. I. n.* 23. — *Gmel. sibir.* 3. *p.* 154. *t.* 29. (*Mant. II.*) — Habitat in Sibiria. Gmelin. [*Sp. I. o. o., II.*]

„Plantae caulis pedalis, angulatus, parum hispidus, *rectus, indicimus (Sp. II.).* Panic. rarior, laxa. Fol. linearia, semiamplexicaulia: caulina scabra. Flor. oblongi, parvi. Cal. hispidi. Var. ludit caule subdiviso, foliis latioribus." *Sp. I. II.*

„Pedunculi saepius trifori." *Mant. II. p.* 337.

Sp. I. syn. add. Bocc., Moris., forumque nat. „et Messanae", ad *C. dichotomam (n.* 1317. *q. cf.) pertinentia. R.*

1325. **C. tridentata** *Mant. I.*: C. caps. quinqueloculari obtecta, caulo oniflore, fol. radicalibus tridentatis. *Mant. I. p.* 44. *S. XII. n.* 42. Schreb. dec. 3. t. 2. — C. orientalis pumila repens, fl. magno. Tournef. cor. 3. — Habitat in Oriente. — Folia radicalia Statices reticulatae, lanceolata, cuneiformia, apice saepe subtridentata. Caulis foliis duplo longior, foliis aliquot linearibus. Flos erectus, majusculus, solitarius. Calyx sinubus reflexis germen tegentibus. [*Mant. I.*]

1326. **C. laciniata** *Sp. I.*: C. caps. obtectis peduunculatis, foliis serratis: radicalibus lyratis; caulinis lanceolatis. *Sp. II. S. XII. n.* 27. C. lacin.: foliis longis laciniatis sublyratis Sp. pl. I. p. 165. *et S. X. p.* 926. *n.* 12. [*sub sect. α.*] — C. graeca saxatilis, jacobaeae folio. Tournef. lt. 1. p. 99. t. 99. cor. 1. C. mariana, laciniatis foliis peregrina. Bauh. pin. 94. Moris. hist. 2. p. 460. s. 5. t. 3. f. 31. C. fol. radicalibus dentato-pinnatis, caulinis cordatis sessilibus. Gron. orient. 19. Medium dioscoridis Raw. it. 284. Habitat in Graecia, Libano. Burmannus. — Planta laevissima. Folia radicalia pinnatifida, lyrata, serrata; caulina lanceolata, subcuneiformia, serrata. Calyces sinubus reflexis, germen obtegentibus. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. Tourn. („lt. 1. p. 200. *t.* 200."), *loc. not.* „in Graeciae rupibus."

1327. **C. stricta** *Sp. II.*: C. caps. obtectis, fol. hirtis: caulinis lanceoiatis serratis, caule simplicissimo, flor. sessilibus. *Sp. II. S. XII. n.* 28. C. orientalis, fol. oblongo rigido aspero, fl. sursum spectante. Tournef. cor. 3. Habitat in Syria, Palaestina. — Caulis sesqoipedalis, simplicissimus, hirtus. Folia radicalia cordata s. ovata, oblongiuscula, serrata, utrinque hirta, petiolata. Caulina alterna, remota, sessilia, lanceolata, obtusa, serrato-dentata, hirta, basi angustiora. Flores axillares, solitarii, sessiles, erecti. Calyces hirti, germen sinubus tegentes. [*Sp. II.*]

Obs. Prima hujus mentio in Fl. palaest. a. 111. (*Am. oc. 4. p. 492.*) *sub nomine Tourn. R.*

[γ. *Caule subdiviso* (*δ. S. XII. XIII.*).]

1328. **C. fruticosa** *Sp. I.*: C. caps. quinqueloculariibus columnaribus, caule fruticoso, fol. lineari-subulatis, peduuc. longissimis. *Sp. I. S. X. n.* 26., *Sp. II. S. XII. n.* 30. C. africana, ericae folio, fl. caeruleo patulo. Herm. afr. 5. Habitat ad Caput b. Spei. ♄. [*Sp. I. II.*]

1329. **C. Speculum** *Sp. I. (em.)*: C. caule ramosissimo diffuso, foliis oblongis subcrenatis, cal. (*florib. S. XII.*) solitariis corolla longioribos (*δ. S. XII.*), caps. prismaticis. *Sp. I. S. X. n.* 27., *Sp. II. S. XII. n.* 31. *C. caule subdiviso, fol. obl. cren., cal. corolla longioribus., caps. prism.* H. ups. p. 41. n. 4. C. caole ramoso, fol. ovato-obl. crenatis H. cliff. p. 65. n. 13. C. cal. corollam superantibus, caps. columnaribus. Vir. cliff. p. 17. Roy. lugdb. 247. Dalib. paris. 68. Ouobrychis arvensis s. Campanula arvensis erecta Bauh. pin. 215. Habitat inter segetes Europae australis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

Obs. C. Speculum ♀. [*l. c. Veneris*] *dictu in Sp. I. II.*

H. cliff. syn. C. arv. erecta Herm. lugdb. 108. Boerh. lugdb. I. p. 248., Speculum fl. caeruleo arvense Rupp. jen. 25., Speculum Veneris Raj. hist. 742., Bauh. pin. l. c., Avicularia sylvii quibsd. Bauh. hist. 2. p. 500.: — *var.* 3.: α. C. arv. procumbens Tourn. inst. 112., — β. Camp. *a.* Viola pentagonia fol. oblongo latiori. Moris. bles. 244., — γ. C. arv. erecta fl. albo Tourn. — *H. ups. syn. Virid. H. cliff. Raj. l. cc.* — *Loc. a o t. utriusq.*: segetes Germ., Galliae, Italiae.

1330. **C. hybrida** *Sp. I.*: C. caule basi sobramoso stricto, fol. oblongis crenatis, cal. aggregatis corolla longioribus, caps. prismaticis. *Sp. I. S. X. n.* 28., *Sp. II. S. XII. n.* 32. C. arvensis minima erecta Moris. hist. 2. p. 457. s. 5. t. 2. f. 22. Speculum Veneris minus Raj. hist. 743. Habitat in Anglia, Gallia, inter segetes. — Differt a Speculo ♀ e. matre: Caule basi tantum ramoso, erecto, superne vix ramoso, stricto; flor. sessilibus, 3 s. 4 simul; corollis saepius in rudimento latentibus nec explicatis. Quis haec ex C. Speculo ♀ olim orta sit, dubium vix videtur. [*Sp. I. II.*]

1331. **C. limonifolia** *Sp. II.*: C. ramis patentibus indivisis, fol. radicalibus ellipticis laevibus integerrimis, flor. sessilibus ternis. *Sp. II. n.* 33. *S. XII. Add. p.* 735. *n.* 33. — C. limonia (*diagn. cand.*) *S. XIII. p.* 175. *n.* 33. C. orientalis, limonii minimi facie, fl. patulo. Tournef. cor. 3. Habitat in Oriente. Burmannus. — Folia radicalia ovali-oblonga, integerrima, glabra, petiolata, non tamen rigida. Caulis ramis simplicissimis, virgatis, fol. lineariib. s. subulatis. Flor. remoti, axiliares, sessiles, saepius terni, bracteis longit. germinis. [*Sp. II.*]

1332. **C. Pentagonia** *Sp. I.*: C. caule subdiviso ramosissimo, fol. linearibus acuminatis. H. cliff. p. 66. n. 14. Roy. lugdb. 247. *Sp. I. S. X. n.* 29., *Sp. II. S. XII. n.* 34. C. pentagonia, fl. amplissimo, thracica. Tournef. inst. 112. Speculum Veneris, fl. amplissimo, thracicum. Raj. hist. 742. Habitat in Thracia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Flores nobis saepius mutili." *S. XIII.*

H. cliff. syn. cod. et Boerh. lugdb. I. p. 248., *l. uut. td.*

Obs. Cf. de hujus cur. calycium: Am. ac. 2. p. 287.

1333. **C. perfoliata** *Sp. I.*: C. caule simplici, fol. cordatis dentatis amplexicaulibus, flor. sessilibus, H. ups. p. 40. n. 3., ... aggregatis. *Sp. I. S. X. n.* 31., *Sp. II. S. XII. n.* 35. C. caule simplicissimo, fol. amplexicaulibus. H. cliff. p. 65. n. 11. Roy. lugdb. 247. Gron. virg. 22. C. pentagonia perfoliata Moris. hist. 2. p. 457. s. 5. t. 2. f. 23. Barr. rar. 83. t. 1133. Habitat in Virginia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Moris. l. c. *et* Boerh. lugdb. I. p. 248. Bocc. mus. 1. t. 5. f. 8. „minima," Rapunculum minimum rotundif. verticillatum fl. purpureo. Barr. l. c., Speculum Veneris perfoliatum s. Viola pentagonia perfoliata Raj. hist. 743. — *Add.*: „Crescendi naturalem locum non addit inventor, videtur natione Itala. Distinctissima est haec species a congeneribus: caule communiter sine ramis erecto, fol. cordatis amplexic. dentato-crenatis alternis, flor. tribus communiter sessilibus intra singulum folii alam."

H. ups. syn. Moris. Raj. l. c. — *l. uut. Virg.* — *Obs.*: „Flores plurimi primi corolla, staminibus, stylo stigmateque destituti, videntur fructus perficere et semina; reliqui at seriores flores corolla et staminib. perfectis gaudent, uti idem in Raellia videre est."

„Flores saepius mutilati, excepto terminali." *Sp. II.* [*simil. in Pruel. ed. Gis. p.* 399.]

1334. **C. capensis** *Sp. I.*: C. fol. lanceolatis dentatis hispidis, peduuc. longissimis, caps. strigosis. *Sp. I. S. X. n.* 32., *Sp. II. S. XII. n.* 36. C. africana annua hirsuta, latis serratisque foliis, fl. magno violaceo. Comm. bort. 2. p. 69. t. 35. Habitat ad Caput b. Spei. ⊙. [*Sp. I. II.*]

1335. **C. cistinea** *S. X.*: C. foliis cordatis dentatis pubescentibus petiolatis, caul. prostratis, pedunc. capilla-

Digitized by Google

ribus multifloris. *Sp. II. S. XII.* n. 37. *C. fol. cord. dentato-serratis petiolatis scabriusculis, racemis lateral. capillarib. foliosis. S. X.* n. 32. D. — Habitat in Alpinis Europae australis. *Allioni (S. X. Sp. II.).* — Specimen: Caulis prostratus, teres, pubescens, ramus ramosus. Fol. alterna, cordata, dentato-serrata, longius petiolata, utrinque subpubescentia. Pedunc. axillares, capillares s. filif., aphylli, laxi, ramosi, saepius trifori, pubescentes. [*Sp. II.*]

1336. **C. hederacea** *Sp. I.*: C. fol. cordatis quinquelobis petiolatis glabris, caule laxo. Dalib. paris. 68. *Sp. I. S. X.* n. 33., *Sp. II. S. XII.* n. 38. — *C. fol. subrotundis quinquangularibus basi emarginatis glabris, flor. solitariis. Loefl. it. p.* 127. (*Sp. II.*) — C. cymbalariae vel hederae folio. Baoh. pin. 93. prodr. 34. Moris. hist. 2. p. 456. s. 5. t. 4. f. 18. Pluk. phyt. 23. f. 1. Habitat in Anglia, Gallia, Hispania, locis umbrosis humidiusculis. [*Sp. I. II.*]

Obs. Descr. completa cf. Loefl. it. l. c.

1337. **C. erinoides** *Mant. I.*: C. caulibus diffusis, foliis lanceolatis subserratis, decurrentibus linea scabra, flor. pedonculatis solitariis. *M. I. p.* 44. *S. XII.* n. 43. C. minor africana, erini facie, fl. violaceo, caul. erectis. Herm. lugdb. 100. t. 111? — Habitat in Africa. — Similis Lobeliae erinoidi. Caules ramosissimi. Fol. alterna, lanceolata, vix manifeste serrata, decurrentia utrinque: margine minimo, aculeis ciliato. Flores ramulos terminant solitarii, pedunculati, erecti. Germen laeve. Stylus trifidus. [*Mant. I.*]

1338. **C. heterophylla** *Sp. I. Add.*: C. foliis subovatis *glabris* (*Sp. II. sq.*) integerrimis, caulibus diffusis. *Sp. I.* n. 34. (*sine nom. trin.*) *S. X.* n. 34., *Sp. II. S. XII.* n. 39. C. saxatilis, fol. inferioribus bellidis, caeteris nummulariae. Tournef. cor. 3. itin. 1. p. 243. t. 243. Habitat in Oriente. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia obovata, integerrima, pubescentia, apice oedolata. Caulis alterne ramosus. Flores pendull, caerulescentes." *Mant. II. p.* 337-8. *S. XIII.*

Obs. Nomen trie. deficiens additur in Sp. I. tom. 2. fine.

1339. **C. Erinus** *Sp. I.*: *C. caule dichotomo, fol. sessilibus: superioribus oppositis tridentatis. S. XII. XIII.* n. 40. C. caule dicbotomo, fol. sessilibus utrinque dentatis, H. cliff. p. 65. n. 12. Roy. lugdb. 247. Guett. stamp. 429., *Sp. I.* n. 30., ... floralib. oppositis. *S. X.* n. 30. *Sp. II.* n. 40. — *C. caule quadrangulo patula scabro, cal. sessil. axillaribus corollae tubulosae aequalibus. Loefl. it. p.* 127. *descr.* (*Sp. II.*) — Erini s. Rapunculi minimum genus. Column. pbytob. 122. t. 37. Rapunculus minor, foliis incisis. Bauh. pin. 92. Alsine oblongo folio serrato, fl. caeruleo. Bauh. hist. 3. p. 367. Habitat in Italia, *Hispania*, *G. Narbonensi* (*Sp. II.*: — *Gallopro-incia, Monspel. Sp. I.*). ☉. [*Sp. I. II.*]

„Genus dubium moneat corolla inaequalis, capsula nec extus dehiscens, ramificatio opposita, stigma simplex." *Sp. II.*

„Flos minimus inter Campanulas. Cor. laciala super. magis divisa, quam in reliqola, et inde cor. evadat irregularie et fere Lobeliae simills, quare haec affinitatem cum Lobelia monstrat." *Prosl. ad. Gis. p.* 399.

„Ramificatio opposita. Corolla regularis, calyce minor. Stigma trifidum; omnia Campanulae." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. C. minor annua fol. incisis Moris. hist. 2. p. 438. s. 5. t. 3. f. 25., Bauh. otrq. Col. II. rc., Erinos fabii columnae minor Bauh. hist. 2. p. 799. Raj. hist. 743. — *t. col.* in muris et siccioribus Messanae et Monspelii.

Obs. Descr. completa cf. apud Loefl. l. c. — *C. parteatum* vocat *Linn. ibid. p.* 111. *flecto sc. primo ad Porto, cf. ib. p.* 10.) — *Altera species Loeflingii: C. lusitanica vocata a Linnaeo p.* 111., *pag.* 126. *descripta, est C. Loeflingii Brot. R.*

CCXXXVI. **ROELLA** *Cor. gen.*: Cor. infundibulif. fundo claueo staminiferie valvulis. Stigma 2fidum. *S. VI. n.* 164. ..... Caps. 2locularia, cylindrica, infera. *S. X.* n. 202., *XII.* 219.

Roella (*L., S. II.*). — Cal. Perianth. 1phyllum, turbinatum, 5partitum, persistens, superum, laciniis lanceolatis, acutis, dentatis, magnis. — Cor. 1petala, infundibulif., deciduа. Tubus calyce paulo brevior. Limbus erecto-patens, 5partitus, calyce longior. — Nectarium e squamis 5, conniventibus, in fundo corollae. — Stam. Filam. 5, subulata, oectario insidentia. Anth. subulatae, conniventes, longit. filamentorum, altitudine calycis. — Pist. Germ. oblongum, inferum. Stylus filif., longit. staminum. Stigmata 2, oblonga, depressa, patentia. — Per. Caps. cylindracea, calyce brevior, coronata calyce patenti majoreque facto, bilocularis. — Sem. plurima, angulata. [✻ *Cor. gen. p.* 4. *n.* 946., *G. II. n.* 164., *V.* 202., *VI.* 219.]

„Hinc e Campanula et Polemonio diversa." *Cor. gen. - G. V.* — „Affinis Campanulae." *G. VI.*

Obs. Plura de hac: Prosl. ad. Gis. p. 397-8; *ubi cf. etiam Gieske.* — *De nom. gen. origine cf. H. cliff. p.* 492.

1340. **R. ciliata** *Sp. I.*: R. foliis ciliatis: mucrone recto. *Sp. I* — *S. XII. n.* 1. — *Berg. cap.* 41. (*S. XIII.*) — Roella H. cliff. p. 492. Roellia ibid. t. 35. Campanula africana frutescene aculeosa, fl. violaceo. Comm. bort. 2. p. 77. t. 30. Camp. afric. humilis pilosa, fl. exalbido languide purpureo. Seb. thes. 1. p. 25. t. 16. f. 5. Aculeosa mauritanica, ericae foliis hirsutis rigidis infesto mocrone pungentibus. Plak. alm. 8. t. 252. f. 4. Habitat in Mauritania, Aethiopia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Crescit in Africa, common. s et. Roëll. Rad. lignosa, ♃, fibrosa, e qua caules plures simplices, erecti, digiti altitudine. Fol. alterna, subulata, depressa, patentia, ciliata, superiora sensim majora. Ex ala singula propullulat rami rudimentum foliolis plurimis, minimum in inferioribus alis, at in superioribus majus, in summis vero rami uocialis, caull simillimi, terminati flore onico, magno, corolla caerulescente, faoce violacea. Reliqua suppeditat char. geo. (in Cor. gen.)" *H. cliff. l. c., cum icone pulchra, cui subscriptum:* „Huic affines sunt: Campanula *(etc.)* Comm., Seb., *ll. cc. (cf. supra)*, vide et Plok. phyt. 232. *t.* 4."

1341. **R. reticulata** *Sp. I.*: R. foliis ciliatis: mucrone reflexo. *Sp. I — S. XII. n.* 2. R. fol. imbricatis. Roy. lugdb. 248. Campanula Capitis bonae apei, fol. reticulatis spinosis. Pet. mus. 21. f. 157. Habitat ad Caput b. Spei. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folle Gorleriae ciliaris." *S. XII. XIII.*

Obs. Species dubia. — *Roy. l. c. habet syn.* Petiv. l. c., Carthamus reticulatus Vaill. act. 1718. p. 170., Aculeosa aethiopica, atractylis facie, follis duosa serie cauli strictissima oppressis, capit. foliosis, extrema folliorum spina aurea ceteris majore et semper recurva. Pluk. amalth. 5. t. 354. *f.* 3. — *Haec vero ex parte Gorteriam ciliarem spectant. An eadem est? R.*

CCXXXVII. **PHYTEUMA** *S. I.*: Cor. rotata laciolie linearibus, 5partita. Stigm. 2-s. 3fidum. *S. VI. n.* 162. ..... Caps. 2-s. 3locularis, infera. *S. X. n.* 203., *XII.* 220.

Phyteuma. Rapunculus Tournef. 38. — *Riv. I.* 181. 102. *(G. I. II.)* — Cal. Perianth. 1phyllum, 5partitum, acutum, erecto-patens, superum. — Cor. 1petala, stellata, patens, 5partita: laciniis linearibus, acutis, *recurvis (S. G. I.).* — Stam. Filam. 5, corolla breviora. Anth. oblongae. — Pist. Germen inferum. Stylus filif., longit. corollae, recurvus. Stigma 3partitum. oblongum, revolutum. — Per. Caps. subrotunda, 3locularis. — Sem. plurima, parva, subrotunda. [*G. I. n.* 130., ✻ *II.* 162., *V.* 203., *VI.* 220.]

Obs. S. I. II. syn. Tourn. — „Species n. 4. et saepe l. biloculares sect." *G. VI.* [*errore calami sub Trachelio.*]

1342. **Ph. pauciflora** *Sp. I.*: Ph. capitulo subfolioso, foliis omoibus lanceolatis. *Sp. I — S. XII. n.* 1. Rapunculus fol. obtusis, spica pauciflora. Hall. helv. 497. Rapunc. alpinus parvus comosus. Bauh. hist. 2. p. 811. Habitat in alpibos Helveticis, Styriacis. [*Sp. I. II.*]

„Capsula bi-s. trilocularis." *Sp. II. S. X - XIII.* — „Styles saepius bifidus. Bracteae cordatae. Folia crenata." *S. XIII.*

[*Obs. Syn. utrumque ad P. globeterlesfaliem Hpp. ducendum? R.*]

1343. **Ph. hemisphaerica** *Sp. I.*: Ph. capitulo subrotuodo, fol. linearibus *sub-* (*S. XIII.*) integerrimis. *Sp. I - S. XIII. n.* 2. Ph. fol. lin., fl. capitatis. Roy. lugdb. 248. Rapunculus umbellatus, fol. gramineo. Bauh. pin. 92. Rapunc. sylvestris caeruleus umbellatus. Thal. herc. 94. t. 3. Rapuotium alterum angustif. alpinum. Column. ecphr. 2. p. 23. t. 26. Habitat in alpibus Helvetiae, Italiae, Pyrenaeis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Stylus trifidus." *S. XIII.*

Digitized by Google

1344. **Ph. comosa** *Sp. I.*: Ph. fasciculo terminali sessili, fol. dentatis: radicalibus cordatis. *Sp. I — S. XIII. n.* 5. — *Barr. ic.* 889. (*S. XII.*) — Rapunculus alpinus corniculatus Baoh. pin. 113. prodr. 33. t. 33. Trachelium petraeum minus Poo. bald. 326. t. 326. Campanula sphaerocephalos pervenusta, foliorum ad oras insigniter denticulata. Plok. elm. 77. t. 152. f. 6. Habitat in Baldi et Tyrolensibus montibus. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Locanda post Ph. hemisphaericam. [*Antea post spicatum posita. R.*] Scop. ann. 2. p. 48." *Mant. II, p.* 338.

1345. **Ph. orbiculeris** *Sp. I.*: Ph. capitulo subrotundo, fol. serratis: radicalibus cordatis. *Sp. I — S. XII. n.* 3. Ph. fol. oblongis, spica orbiculari. Guett. stamp. 1. p. 34. Dalib. paris. 69. Rapunculus fol. oblongo, spica orbiculari. Bauh. pin. 92. Moris. hist. 2. p. 463. s. 5. t. 5. f. 47. Rapuntium montanum rarius corniculatum. Column. ecphr. 1. p. 222. t. 224. — *Var. β. Sp. II.*: *Rapunc. umbellatus latifolius Bauh. pin* 92. — *Var. γ. Sp. II.*: *Rapunc. umbellatus angustifolius Bauh. pin.* 92. *Rapnac. sylvestr. umbellatus Thal. herc. t.* 8. *f.* 1, 2. — Habitat in alpibus Italiae, Helvetiae, Veronae, Sussexiae. — (4. *S. XII.*) [*Sp. I. II.*]

1346. **Ph. spicata** *Sp. I.*: Ph. spica oblonga, caps. bilocularibus, fol. radicalibus cordatis. *Sp. I — S. XII. n.* 4. — *Ocd. dan.* 362. (*S. XIII.*) — Ph. spica oblonga nuda, fol. caulinis lanceolatis serratis. Amoen. acad. I. p. 149. Ph. fol. cordato-lanc., spica oblonga. Goett. stamp. 1. p. 34. Dalib. paris. 69. Rapunculus spicatus Bauh. pin. 92. .... caeruleus. prodr. 32. t. 32. — *Rapunc. fol. cardatis, spica florum oblonga. Monnier. obs.* 130. (*Sp. II.*) — Rapunc. corniculatus spicatus s. alopecuroides, fl. albo et caeruleo. Moris. hist. 2. p. 463. s. 5. t. 5. f. 46. Habitat in Alpestribus Helvetiae, *Austriae, Italiae* (*Sp. II.*), Baldi, Angliae, Galliae. [*Sp. I. II.*]

„Caps. non trilocularis, sed bilocularis. Dill. giss. 65." *Sp. II.*

Am. ac. t. c. (Rapunc. spicatus alpinus caeruleus angustif. *Herb. burser. vol. IV. n.* 47., *cum syn.* R. fol. imis cordatis, super. angustis, spica cylindracea longissima Hall. helv. 498.) *sine momento est.*

1347. **Ph. pinnata** *Sp. I.*: Ph. flor. sparsis, fol. pinnatis. Roy. lugdb. 248. *Sp. I — S. XIII. n.* 6. Rapunculus creticus s. Pyramidalis altera Bauh. pin. 93. Rap. creticus, Petromarula. Bauh. hist. 2. p. 811. t. 812. Habitat in Creta. [*Sp. I. II.*]

CCXXXVIII. **TRACHELIUM** *S. I.*: Cor. infundibuliform. Stigma globosum. *S. VI. n.* 163. .... Caps. trilocularis, lofera. *S. X. n.* 204., *XII. n.* 221.

Trachelium Tournef. 50. — Cal. Perianth. 5partitum, minimum, superum. — Cor. Ipetala, infundibuliformis: tubus cylindraceus, longissimus, tenuissimus. Limbus patulus, parvus, 5partitus: laciniis ovatis, concavis. — Stam. Filam. 5, capillaria, longit. corollae. Anth. simplices. — Pist. Germen triquetro-subrotundum, inferum. Stylus filif., corolla duplo longior. Stigma globosum. — Per. Capsula subrotunda, obtuse triloba, tri-(aut-*G. VI.*) locularis, trivalvis. — Sem. numerosa, minima. [✻ *G. I. n.* 132., *II.* 163., *V.* 204., *VI.* 221.]

Obs. Hue, teste H. cliff.: Polypremum L., S. I., *diversum ergo a Polypremo L. Act. ups. seq. (n. CXLIII. cod.)*

1348. **T. caeruleum** *Sp. I — S. XII. n.* 1.: Trachelium H. ups. p. 41. a. 1. T. fol. ovatis serratis, corymbis compositis. Vir. cliff. p. 17. Roy. logdb. 248. T. fol. ov. serratis, caule umbella terminato. H. cliff. p. 66. Cerveria valerianoides caerulea Bauh. pin. 95. Habitat in Italiae *et Orientis* (*Sp. II.*) umbrosis. ♂. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Tr. azureum umbelliferum Tourn. inst. 130., Rapunculus valerianoides caeruleus umbellatus Boerh. lugdb. I. p. 250., Rap. corniculatus valerianoides caeruleus Moris. hist. 2. p. 465. s. 5. t. 5. f. 52., Rapuntium umbellatum Raj. hist. 743., Polypremum Syst. nat. I., Bauh. pin. I. c., Valerianoides alpinum trachelii folio, fl. caeruleis Pluk. alm. 379. — *t. nat.* Romae in monte Caelio, inque muris fontium et locis humidis umbrosis: nec non in Regni Valentini deserto juxta pontem monasterii Hieronymi.

H. ups. syn. Moris. C. Bauh., t. nat. Ital. 4.

CCXXXIX. **SAMOLUS** *S. I.*: Cor. hypocraterif. Stam. munita squamulis corollae. Caps. 1loculoris, *S. VI. n.* 172., ... *infern. S. X. n.* 205. *XII. n.* 222.

Samolus Tournef. 60. — Cal. Perianth. 5partitum, *superum (G. VI.)*, lasi obtusum: laciniis *angustis (G. G. V. VI.)*, erectis, persistentibus. — Cor. ipetala, *hypocraterif. (G. VI.)*: tubus brevissimus, longit. calycis, patulus; limbus planus, 5partitus, obtusus: squamulae *brevissimae (G. V. VI.)*, ad basin sinus limbi, conniventes. — Stam. Filam. 5, brevia, *intra laciniam corollae* (sub squamula corollae *G. I. II.*) singula. Anth. conniventes, tectae. — Pist. Germen inferum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma *capitatum* (simplex *G. I. II.*). — Per. Caps. ovata, calyce cincta, unilocularis, *semi-5valvis (G. V. VI.)*. — Sem. plurima, ovata, uxigua. *Receptac. globosum magnum (G. V. VI.).* — [✻ *G. I. p.* 42. *n.* 119., *II. p.* 74. *n.* 172., *V. n.* 205., *VI.* 222.]

1349. **S. Valerandi** *Sp. I — S. XII. n.* 1. Fl. *S. II. n.* 192.: Samolus H. cliff. p. 51. H. ups. p. 42. Fl. suec. I. n. 165. Roy. lugdb. 249. Gron. virg. 23. Dalib. paris. 69. — *Ocd. dan.* 198. (*S. XIII.*) — Anagallis aquatica, rotundo folio non crenato. Bauh. pin. 252. Alsine aquatica, fol. rotundis beccabungae. Moris. hist. 2. p. 323. s. 3. t. 24. f. 28. — *Var. β.* africanus *Sp. I.*: S. africanus, fol. rotundiore Walth. bort. 162. t. 23. *H. ups. l. c. β.* — Habitat la maritimis Europae, Asiae et Americae borealis, *ad litora, fontes* (*Sp. II.*). ♂. — Differt *africana* planta caule magis ramoso et firmiore; sed vix sufficiunt notae pro distincta specie. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. S. Valerandi Bauh. hist. 3. p. 791. Boerh. lugdb. I. p. 202., Bauh. pin. l. c., Moris. l. c. „bona", Veronica aqu. fol. subrot. non crenato, Moris. l. c. f. 26. „mala", Planta heteroclita rotundif. minus crenata (etc.) Moris. hist. 2. p. 324. — *t. nat.* in paludosis praesertim marit. Angl. Suec. Afr.

Fl. S. syn. Bauh. utriusq., Moris. (*l.* 28.) ll. cc. — „⊙." *Fl. S. II.*

H. ups. l. c. sola var. β. cum syn. Walth., add.: „Differt a nostrate quod tripla major et ramosior, foliisque instructa rotundioribus; esse tamen eandem plantam docent squamae ad sinus limbi corollae et nota specialis pedunculi scilicet unifolii, s. unico modo lanceolato foliolo instructi. — Habitat in Syria. ♂."

CCXL. **NAUCLEA** *Sp. II.*: Cor. infundibulif. Sem. *i*, inferum, biloculare. Recept. commune globosum. *S. XII. n.* 223.

Naucleа. — Cal. nullus. Receptaculum commune globosum, subvillosum, tectum undique flosculis. — Cor. ipetala. Tubus filif., longior. Limbus 5partitus, brevis: laciniis ovatis, obtusis, recurvis. — Stam. Filam. 5, brevissima, in fauce corollae. Anth. ovatae, longit. tubi. — Pist. Germen inferum, oblongum. Stylus capillaris, erectus, corolla longior. Stigma obovatum. — Per. nullum. — Sem. solitaria, oblonga, subtrigona, inferne attenuata, apice obtusa, bilocularia. [✻ *G. VI. n.* 223.]

Obs. Cf. obs. ad Cephalanthi genus (Cod. n. CXIX. p. 107.), *sub quo notea subsumta nostra.*

1350. **N. orientalis** *Sp. II. S. XII. n.* 1.: Cephalanthus (orientalis *Sp. I.*): foliis oppositis. Fl. zeyl. n. 53. Sp. pl. I. p. 95. *et S. X. p.* 887. *n.* 1. Platanocephalos citri foliis bijugis, capite majore. Vaill. act. 1722. p. 259. Arbor indica, fructu aggregato globoso. Raj. hist. 1411. Katu-Tsiacca. Rheed. mal. 3. p. 29 t. 33. Buncalus. Rumph. amb. 3. p. 84. t. 55. (? *Sp. II.*) — Habitat in India asiatica. ♄. [*Sp. II.*]

Sp. I. l. c., syn. Vaill., Rheed. l. c., t. aut. India et Africa. ♄. *Add. obs.*: „Capsulas habet binas monospermas, stipatas, quibus folia uniuntur diversas gerit a sequenti. B. Jussieu." — *S. X. add. syn.* Rumph. l. c. Osb. it. 242.

Fl. zeyl. syn. Vaill., Raj., Rheed., ll. cc., descr. 0.

Obs. Mentio fit hujus in H. cliff. sub Cephalantho, cf. Cod. n. 793. — *In Diss. Herb. Amb. (Am. ac. 4. p.* 122-3.) *huc citantur: Buncalus Rumph. t. c. (absque signo „?"). et praeterea dubie: Samama Rumph. 3. t. 19., quae certe genere convenit.*

CCXLI. **RONDELETIA** *G. I.*: Cor. infundibuliformis. Capsula 2locularis, infera, polysperma, subrotunda, coronata. *S. X. n.* 206.,

XII. 224. — Cor. infund. Caps. 2locul. *S. VI. p.* 90. n. 165. (*Rondeletia et Chamelia, sub cad. diagn.*)

Rondeletia Plum. t. 12. — (*„videtur H. Malab. II.* 23.?" *G. I.*) — Cal. Perianth. 1phyllum, superum, 5partitum, (5fidum *G. I - V.*), acutum, persistens. — Cor. 1petala infundibuliformis. Tubus cylindraceus, calyce longior, apice ventriculosus. Limbus 5partitus, reflexo-planus: laciniis subrotundis. — Stam. Filam. 5, subulata, longit. fere coroliae. Anth. simplices. — Pist. Germen subrotundum, inferum. Stylus filif., longit. coroliae. Stigma bifidum (obtusum *G. I - V.*). — Per. Caps. subrotunda, coronata, bilocularis. — Sem. plura, s. rarius solitaria (*G. VI.*: parva *G. I. II.*, angulata *G. V.*). — [*G. I. p.* 39. n. 109., *II. p.* 72. n. 165., *V.* 206., ※ *VI.* 224.]

Chamalia (*G. I.*). Vide H. malab. II. 23. — Cal. Perianth. semi-5fidum, erectum, acutum, superum, persistens. — Cor. 1petala, infundibuliformis. Tubus clavatus, calyce longior. Limbus 5fidus: laciniis ovato-oblongis, reflexis. — Stam. Filam. 5, brevia, in fauce coroliae. Anth. simpl. — Pist. Germ. subrot., inferum. Stylus simplex, longit. coroliae. Stigma capitatum. — Per. Bacca subrotunda, coronata, bilocularis. — Sem. 4, hinc gibba, inde angulata. [*G. I. p.* 55. n. 157., *II. p. c.* n. 167.]

Obs. Chamelius genus Linnaeus conservavit in G. I., Meth. ex., Class. pl., S. II. et G. II., licet jam in G. I. affinitatem sub Rondeletia indicaverit. Conjungenda esse dein monuit in Fl. zeyl.; inque S. VI. Lincln haec 2 genera contraxit (cf. praef. nostr. p. XVI.). — Plane omissum ab Sp. I. — Genus identicum fere hodierno „Cunthium Lam.", dicerum a Chamelia Jacq. — Cf. n. 1362.

1351. **R. americana** *Sp. I.*: R. foliis sessilibus, panicula dichotoma. *Sp. II. S. XII.* n. 1. *R. fol. sessilibus, Sp. I.* n. 1., ... *lanceolatis. S. X.* n. 1. R. arborescens, tini facie. Plum. gen. 15. — *ic.* 142. *f.* 1. (*Sp. II.*) — Habitat in America. ♄. — Arbusculae folia opposita, sessilia, lanceolata. Pedunc. communes solitarii, longiss., nudi, apice formantes corymbum dichotomum; in cujus singulis dichotomiis flos sessilis, cum involucro diphyllo. [*Sp. I. II.*]

1352. **R. asiatica** *Sp. I.*: R. foliis petiolatis, Fl. zeyl. n. 80. *Sp. I.* n. 2, ... *oblongis acutis. S. X. XII. Sp. II.* n. 2. — Cupi Rheed. mal. 2. p. 37. t. 23. Raj. hist. 1494. — Habitat in Malabaria, Zeylona. ♄. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Frutex indicus baccifer, fl. umbellatis, fructu rotundo polyspermo. Raj. hist. 1494. Comm. malab. 31. Rheed. l. c. — *Obs.*: „Differt a Rondeletia Plumieri foliis petiolatis et sem. majoribus pauciortibus; ab Eyrhnea vero staminibus quinque. Chamelia eodem genere comprehendi potest."

1353. **R. odorata** *Sp. II. App.*: R. foliis petiolatis subovatis obtusis Jacq. amer. 16. t. 42. *Sp. II. App. p.* 1671. — *R. obovata* (*diagn. cad.*) *S. XII. XIII.* n. 4. Habit. in America. ♄. [*Sp. II. l. c.*]

1354. **R. trifoliata** *Sp. II. App.*: R. foliis ternis. *Sp. II. App. p.* 1671. *S. XII. XIII.* n. 3. — Jacq. hist. t. 43. R. arborescens, tini facie. Ehret. pict. t. 15. Habitat in America. ♄. — Folia terna, lanceolata, petiolata. Pedunculi folio breviores, nec ut in Plumeriana longiores. [*Sp. II. App. l. c.*]

Obs. R. rupens S. X., cf. Psychotria herbacea, n. 1364.

CCXLII. **MACROCNEMUM** *Pugill. jam.*: Cor. campanulata. Caps. infera, bilocularis. Sem. imbricata. *S. XII. XIII.* n. 225.

Macrocnemum Brown. — Cal. Perianth. monophyllum, superum, turbinatum, 5dentatum, persistens. — Cor. monopetala, campanulata, 5fida: laciniis ovatis, erectis. — Stam. Filam. 5, subulata, villosa, corolla brevitra. Anth. ovatae, compressae, in fauce floris. — Pist. Germen inferum, conicum. Stylus simplex, longitud. staminum. Stigma crassiusculum, bilobum. — Per. Caps. oblonga, turbinata, 2locularis. — Sem. plurima, imbricata. — Obs. Affine videtur Contortia. [※ *G. VI.* n. 225.]

Obs. Macrocnemum G. VI.: errore, videtur. — Cf. descr. fructificationis infra data, e diss. pugill. jam.

1355. **M. jamaicense** *Diss. pugill. pl. jam. in* Amoen. acad. 5. p. 413. *Sp. II. S. XII.* n. 1. M. arborescens, fol. ovatis oppositis, racemis sustentaculis longis insidentibus. Brown. jam. 165. Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„Frutex ramis compositis, inaequalibus. Fol. opposita, lanc.-ovata, subpetiolata, integerrima, laevia. Panicalae trichotomae, dichotomae, vix foliis longiores. Perianth. 1phyllum, campanulatum, 5dentatum. Cor. 1petala, infundibulif.: tubus brevis, cylindricus, fauce barbata; limbus 5partitus: laciniis patentibus, ovato-oblongis, apice incurvis. Filam. 5, subulata, fauci inserta, brevissima. Anth. oblongae, obtusae. Germen subrotundum. Stylus filif., longit. coroliae. Stigm. 2, erecta. Caps. oblonga, inferne angustior, 2locularis. Sem. plurima, imbricata." *Am. ac. l. c., cum syn. Brown.*

CCXLIII. **BELLONIA** *G. I.*: Cor. rotata. Caps. 1locularis, infera, polysperma, calyce rostrato (*S. X.*) clausa. *S. X.* n. 207., *XII.* 226. — Cor. rotata. Stam. nuda. Caps. 1loc. *S. VI.* n. 168.

Bellonia Plum. 31. — Cal. Perianth. 1phyllum, *superam* (*G. VI.*), semi-5fidum, persistens: laciniis lanceolatis, acutis. — Cor. 1petala rotata. Tubus brevissimus. Limbus planus, semiquinquefidus, obtusus, magnus. — Stam. Filam. 5, subulata, erecta, brevissima. Anth. erectae, conniventes, breves. — Pist. Germen inferum. Stylus subulatus, rectus, staminibus longior. Stigma acutum. — Per. Caps. turbinato-ovata, calyce obvoluta ejusque laciniis conniventibus rostrata, unilocularis. — Sem. numerosa, subrotunda, exigua. [*G. I.* n. 143., *II.* 166., *V.* 207., *VI.* 226.]

1356. **B. aspera** *Sp. I — S. XII.* n. 1.: B. frutescens, folia melissae aspero. Plum. gen. 19. — *ic.* 47. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America. ♄. — Arbusculae folia opposita, ovata, serrata, subtus aspera: petiolis brevissimis. Flores in corymbum. [*Sp. I. II.*]

CCXLIV. **PORTLANDIA** *S. X.*: Cor. clavato-infundibuliformis. Antherae longitudinales. Caps. pentagona, retusa, bilocularia, polysperma, coronata calyce 5phyllo. *S. X. p.* 928. n. 0., *S. XII.* n. 227.

Portlandia Brown. t. 11. — *Jacq. (G. VI.)* — Cal. Perianth. 5phyllum, superum: foliolis oblonga-lanceolatis, persistentibus. — Cor. 1petala. Tubus longus, infundibuliformi-ventricosus. Limbus tubo brevior, 5partitus, acutus. — Stam. Filam. 5, subulata, declinata, longit. fere coroliae, *ex tubi fundo orta (G. VI.). Anth. lineares, erectae, longitud. coroliae. (Anth. longae. S. X.)* — Pist. Germen pentagonum, subrotundum, *inferum (calyce coronatum. S. X.).* Stylus simplex, longit. staminum. Stigma oblongum, *obtusum (G. VI., quasi adcretum. S. X.).* — Per. Caps. obovata, 5striata, *quinquangularis (G. VI.)*, retusa, *coronata foliolis calycis (S. G. VI.)*, 2locularis, 2valvis, ab apice dehiscens, *dissepimenta contrarin (G. VI.).* — Sem. plurima, subrotunda, compressa, *imbricata (G. VI.).*

[*S. X. App. p.* 1364. n. 1121., ※ *G. VI.* n. 227.]

1357. **P. grandiflora** *S. X.* l. c. n. A., *Sp. II.* n. 1.: P. floribus pentandris. Jacq. amer. 16. t. 44. *S. XII.* n. 1. P. follis majoribus nitidis ovatis oppositis, floribus amplissimis. *Brown. jam.* 164. *t.* 11. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Jamaica. ♄. — Corollu Daturae speciosa. [*Sp. II.*]

1358. **P. hexandra** *Mant. I.*: P. floribus hexandris. *Mant. I. p.* 45. *S. XII.* n. 2. Jacq. amer. 63. t. 182. f. 20. — Habitat in Carthagenae sylvis. ♄. — Folia hujus basi aequalia; P. grandiflorae vero inaequalia. [*M. I.*]

CCXLV. **SCAEVOLA** *Mant. II.*: Corolla monopetala: tubo longitudinaliter fisso, limbo 5fido lateruli. Drupa infera, 1sperma. Nucleus bilocularis. *S. XIII. p.* 178. n. 1294.

Scaevola. Lobelia Plum. Jacq. — Cal. Perianth. superum, brevissimum, 5fidum, persistens. — Cor. 1petala, inaequalis: tubus longus, fissura longitudinali. Limbus 5fidus, adscendens: laciniis secundis, lanceolatis, margine membranaceis. — Stam. Filam. 5, brevia, capillaria, receptaculo inserta. Anth. distinctae, erectae, oblongae, obtusae. — Pist. Germen inferum, ovatum. Stylus filif., superne crassior, staminibus longior, a fissura egressus, versus limbum incurvatus. Stigma applanatum, obtusum, ore aperto. — Per. Drupa subrotunda, puncto umbillicata, 1locularis. — Sem. Nux ovata, rugosa, acuta, 2locularis. — Obs. Differt a Lobeliis fructu, lactis absentia, reliquis: Testa Jacquino. [※ *Mant. II. p.* 145-6. n. 1294.]

1360. **S. Lobelia** *S. XIII.*: Lobelia Plumieri Sp. plant. II. p. 1317. Buglossum littoreum Rumph. amb. 4. p. 116. t. 54. — Planta non lactescit. Jacq. [*Mant. II. p.* 481., *S. XIII. p. c.*]

„Lobelia Plumieri. Scaevola, distincti generis." *Mant. II.* [*Itaque ibi vel multum nom. trie., vel ex aliorum analogia, cum Brownio: „Sc. Plumieri Linn." dicenda. R.*]

Lobelia Plumieri *Sp. l.*: L. frutescens, foliis ovali-oblongis integerrimis. Fl. zeyl. *n.* 313. *Sp. l. p.* 929. *II.* 1317–8. *S. X. p.* 1237. *XII.* 583., *n.* 1. — *Osb. tt.* 275. *(S. X. Sp. II.)* — *Jacq. amer.* 219. *(S. XII.)* — L. frutescens, portulacae folio. Plum. gen 21. — *icon.* 165. *f.* 1. *(S. X. Sp. II.)* — Catesb. car. I. p. 79. t. 79. Habitat in Indiis. ♄. [*Sp. l. II.*]

„Arbuscula ramis teretibus, crassis. Fol. obovata, in petiolos desinentia, integerrima, obtusa, glabra, carnosa; ex alis pedunculi aliquot floribus. Inter pictas zeylanicas Hermanni." *Fl. zeyl. t. c. (cum syn. Plum. gen., Catesb. II. cc.)* — „Racemus dichotomus, bracteis subulatis, oppositis, interne ad basin villosis. Fructus bilocularis." *Sp. l. II.* — „Corolla intus villosa. Flos *Lobeliae* proprius, quamvis planta et fructus alicna. *Sp. II.* — „Stamina distincta. Nux bilocularis." *S. XII.*

Obs. S. X. syn. Osb. Plum. ic. et Rumph. l. c. — [*Syn. Rumphii huc jam citatur in Diss. hh. Amb. (Am. ac. 4. p.* 127.*): cum omissum in Sp. II.?* — *In herbario Linnaei (facta herbario Banksii, cum illa comparata) servatur Sc. Koenigii. R. Brown. R.*]

CCLVI. **CINCHONA** *G. II. Add.*: Cor. infundibuliti. apice lanata. Caps. infera, 2locularis, dissepimento parallelo. *S. XII. XIII. n.* 228. — Cor. infund. Caps. 2locul. a basi dehiscens. *S. VI. p.* 90. *n.* 1021., *X. n.* 208.

Cinchona. Quinquina Condamin. Act. Gall. 1738. — Cal. Perianth. 1phyllum, *superum (G. VI.)*, 5fidum, minimum, persistens. (Per. campanulatum, 5dentatum. *Mant. I.)* — Cor. 1petala, infundibuliformis. Tubus cylindraceus, longus. Limbus patulus, 5fidus, *serratus (♁. G. VI.)*, acutus. (Limb. 5partitus, lacinüs oblongis, tubo brevioribus, apice lanatis. *Mant. I.)* — Stam. Filam. 5, minima. Auth. oblongae, intra tubum corollae. — Pist. Germen subrotundum, inferum. Stylus longit. corollae. Stigma crassiusc., oblongum, simplex. — Per. Capsula subrotunda, calyce coronata, bilocularis, a basi versus apicem bifariam deblacans. (Caps. oblonga, dehiscens in 2 partes interius deblacantes, dissepimento parallela. *Mant. I.)* — Sem. plurima, oblonga, compressa, marginata. [*G. II. Add. p.* 527. *n.* 1021., *V. n.* 208., ※ *VI.* 228. — *Emend. Mant. I. p.* 139.]

„Flos interdum demit quintam partem numeri in singulis partibus." *G. V. VI.*

Obs. Cf. de gen. char.: *Pruet. ed. Gtn. p.* 406. *(sub Contortis.)*

1360. **C. officinalis** *Sp. I. S. X-XIII. n.* 1.: C. off.: *panicula brachiata. Sp. II. n.* 1. — Cinchona Mat. med. n. 71. — Quinquina Cond. act. paris. 1738. — *Godofr. mat.* 2. *p.* 180. *Arbor febrifuga peruviana Raj. hist.* 1796. (*Sp. II.*) — Habitat in Loxa Peruviae. ♄. [*Sp. I. II.*]

Hudsonia. — Cal. Perianth. 3phyllum, tubulosum, cylindricum: ore patulo: foliolis lanceolato-linearibus, obtusis. — Cor. nulla. — Stam. Filam. 15, capilluria, calyce breviora. Anth. subrotundae. — Pist. Germen ovatum. Stylus filif., longit. calycis. Stigma obtusum. — Per. Caps. cylindrica, calyce dimidio brevior, 1locularis, 3valvis. — Sem. 3, hinc rotundata, inde angulata. [*Mant. I. p.* 41-12. *n.* 1263.]

3456. **H. ericoides** *Mant. I. p.* 74., *S. XII. XIII n.* 1. — *Ericaeformis suffrutex virginianus, flor. exiguis, vasculo seminali oblongo trifariam divisa. Pluk mant.* 88. *(Mant. II. p.* 514., *S. XIII.)* — Habitat in Virginia. ♄. — Frutex facie et habitu Ericae. Ramuli filiformes, sparsi, imbricati foliis subulato-acerosis, hirsutis; tenellis hirsutioribus incanis, unde quasi adsperi gemmis foliaceis, quae ultimi ramuli. Pedunculi (e gemmis foliosis) solitarii, filiformes, foliis longiores. Cal. erectos, pubescens. [*Mant. I.*]

DCLXII. **NITRARIA** *S. X.:* Cor. 5petala, petalis apice fornicatis. Cal. 5fidus. Stam. 15. Drupa monosperma. *S. X. p.* 1044. *n.* 0., *S. XII. XIII. n.* 602.

Nitraria Comm. nov. petrop. VII. p. 313. t. 10. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5fidum, erectum, brevissimum, persistens. — Cor. Petala 5, oblonga, patentia, canaliculata, apice fornicata mucrone influxo. — Stam. Filam. 15, subulata, erectiuscula, longit. corollae. Anth. subrotundae. — Pist. Germen ovatum, desinens in Stylum crassiusculum, staminibus longiorem. Stigma simplex. — Per. Drupa 1locularis, ovato-oblonga, acuminata. — Sem. 1, triloculare, ovatum, acuminatum. [✻ *S. X. p.* 1369. *n.* 1139. *m. m., G. VI. n.* 602.; *paulo fusius Comm. petrop. l. c. p.* 315.]

3457. **N. Schoberi** *S. X - XIII.* n. A., *Sp. II.* n. 1. *Nov. Comment. petrop.* 7. *ann.* 1761. *p.* 315-20. *t.* 10. *(S. XII. sq.)* — *Murr. Götting. p.* 191. *f.* 2. *(Mant. II. sq.)* — Osyris foliis obtusis. Hort. ups. p. 295. n. 1. *Gmel. sibir.* 2. *p.* 237. *t.* 98. *(S. X. Sp. II.)* — Casia fructu nigro. Amm. ruth. n. 256. — Habitat ad Salsas aquas Urunscinensis Lacus, Astrachanensis, Volgae finitimis. ♄. [*Sp. II.*]

„Osyris fol. obt. H. ups. (l. c.) est similis O. albae, seu Nitrariae: cujus flores nondum vidi; fructus Lycii similis, sed fol. conjugatis sessilibus." *Sp. I. p.* 1012. *(sub Os. alba.)*

H. ups. syn. Osyris [*Casia*] fr. nigro Amm. ruth. 178., *l. cit.* circa lac. salsum Jamischon Sibiriae. Adhuc tenella. ♄.

Obs. 1. *Pertinet huc forsan:* Zygophyllum Nitraria *Diss. dem. pl. in Am. ac.* 3. *p.* 409., *sine diagn., cum obs. a*): „Nitraria dubii generis nobis pl. est. Habitos est Z-III, fructus vero drupa."

Obs. 2. *Completum hujus monographiam dedit L. in Nov. comm. soc. petrop. l. c., cum syn. hist. et* Duham. arb. t. 31., *icone, hist. et descr. speciei, scriptum* 1736-9., *typis promulgatum* 1761., *q. cf.*

DCLXIII. **PORTULACA** *S. I.:* Cor. 5petala. Cal. 2fidus. Caps. 1locularis, circumscissa, *S. VI. p.* 112. *n.* 523. *(t. c.) sub cl XIII.* 1., *X.* 531., *XII.* 603., ... *aut* 3valvis. *S. XIII. n.* 603. — [*et: Anacampseros (diagn. ead.),* .... ceps. 1locul. apice dehiscens. *S. VI. l. c. n.* 524.]

Portulaca Tournef. 118. — *Anacampseros edit. priorum. Telephiastrum Dill. elth.* 280. *(G. V. VI.)* — Cal. Perianth. *(Spatha G. I.)* bifidum, parvum, saperum, apice compressum, persistens. — Cor. Petala 5, plana, erecta, obtusa, *emarginata (G. I. II.)*, calyce majora. — Stam. Filam. multa, capillaria *(decem, G. I.)*, corolla dimidio breviora. Anth. simplices. — Pist. Germen *cobratundum (G. V. VI.)*, *in receptaculo (G. I. l. c. II.)*. Stylus simplex, brevis *(basi 5gonus longit. staminum. G. I.)*. *Stigmata* 5 *(sex G. II.)*. *oblonga, longit. styli (✻. G. I.).* — Pur. Capsula tecta, ovata, nallocularis, *spatha et capsula horizontaliter per medium dehiscentibus (G. I. II.)*. *Recept. liberum (G. V. VI.).* — Sem. plurima, parva. [✻ *G. I. p.* 122. *n.* 341. *sub cl. X. ord.* 1., *II. p.* 240. *n.* 523. *sub cl. XIII.* 1., *V. n.* 531., *VI.* 603.]

„Ulterius examen docuit in hoc genere eomerum staminum coplosiorem esse, adeoque in Gen. pl. ed. 1. loco „filum. 10" legantur „fil. 15 vel plura." Hinc etium patet affinitas Anacompseroti cum Portulaca, quae sane summa est." *H. cliff.*

„Species 1, 2, 4. capsula horizontaliter discedente. Portulacastrum cal. 3partito discedit. Anacampseros caps. 3valvi alicou est." *G. V.*

„Species 1, 2, 3. caps. circumscissa. P. paniculata cal. 5partito est; at bifido Jacq. Anacampseros (n. 4, 5, 6.) caps. 3valvi." *G. VI.*

„Singulare genus: 1. calyc. 2fida, caps. circumscissa (*n.* 3458, 9, 60, 1.), 2. cal. 2fida, caps. 3valvi (3462, 3 et 5.), 3. cal. 5fide, caps. 3valvi (3464.)" *Mant. II. p.* 291., *m. m.*

Obs. In S. I. (et G. I.) sub cl. X. 1. *positum; simulque* Anacompseroe *S. I. (cum syn.* Dill. „?") *sub cl. XIII.* 1. *exhibitum. Utrumque genus sub cl. XIII.* 1. *servatum a Meth. usq. usque ad S. VI., postquam polyandram esse Portulacam primo observaverat L. in Cor. gen. p.* 24. *et H. cliff. (e. imp.)* — *Inde a Sp. I. conjuncta et ad cl. XI. relegata sunt.* — *Plura de utroque gen. apud Laeft. it. p.* 221. — *Ceterum Anacamptseros L. aequalis est recentiorum Tulino Jus.* — *R.*

[„Anacampseros. Telephiastrum Dill. elth. 281. — Cal. *Perianth. (Spatha G. I.)* ovato-acuminatum, persistens, bivalvis: *valvulis rancavis, acutis, amplexantibus (✻. G. I.).* — Cor. Petala 5, subrotunda, concava, patentia, *fere aequalia (inaequalia G. I.).* — Stam. Filam. multa, *capillaria (simplicia G. I.)*, corolla *dimidia (G. II.)* breviora. Anth. simplices. — Pist. Germen subrotundum. *Stylus simplex. Stigmata tria, crassiuscula (Stylus cylindrus. longit. staminum. Stigma 3fidum crassius. G. I.).* — Per. Caps. ovata, 3angularis, 3valvis, 1locularis. Receptac. liberum. — Sem. plurima, parva, subrotunda." *G. I. p.* 152. *n.* 428. *c. c., et ✻ II. p.* 240. *n.* 524. *sub cl. XIII.* 1.]

3458. **P. oleracea** *Sp. I.:* P. fol. cuneiformibus, flor. sessilibus. Roy. lugdb. 473. Gron. virg. 59. H. ups.

p. 146. n. 1. Mat. med. n. 260. Dalib. paris. 158. Hall. helv. 392. Souv. monsp. 168. *Sp. I - S. XII.* n. 1. — *Brown. jam.* 233. (*Sp. II.*) — P. fol. cuneif. verticillatis sessilibus, flor. sessil. H. cliff. p. 207. n. 1. P. angustifolia sylvestris Bauh. pin. 288. — *Var. β. Sp. I.*: P. latifolia sativa Bauh. pin. 288. P. domestica Lob. ic. 388. — Habitat in Europa, India, Ins. Ascensionis, America. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Horologii florae vigilias 11 - 12. habet." *Sp. II.* — „Caps. circumscissa." *S. XIII.*

Hab. in ins. St. Helenae lugenti copia. *Am. ac.* 7. *p.* 505.

H. cliff. syn. P. ang. s. sylv. Bauh. l. c. Moris. hist. 2. p. 571. s. 3. t. 36. f. 2. Boerh. lugdb. 1. p. 220. Sloan. flor. 87., P. sylv. minor s. spontanea Bauh. hist. 3. p. 678., P. sylv. Dod. pempt. 661. Lob. hist. 210., Caesalp. syst. 263., Kara-tejara Rheed. mal. 10. p. 71. t. 36.; — *cur. α.* P. latif. s. sativa Bauh. l. c. Moris. l. c. p. 570. f. 1. Boerh. Sloan. ll. cc., P. hortensis latif. Bauh. hist. 3. p. 678. *non* figura, P. sativa Dod., Lob., ll. cc.; — *l. aut.* in arenos., sterilibus agris, vervectis, ad vias, in Germ. G. narb. Sicil. Malab. Jamaica.

Mat. med. syn. Roy. l. c., P. latif. s. sat. Bauh. l. c.; *l. aut.* Germ. Malab. Jam.

H. ups. syn. Roy. Gron. Hall. ll. cc., Bauh. Lob. ll. (*ad β. Sp.*) cc.; — *l. aut.* in steril. verv. Europ. As. Americ.

3459. **P. pilosa** *Sp. I.*: P. fol. subulatis alternis: axillis pilosis, flor. sessilibus, *Sp. I. n.* 2., ... *terminalibus. S. X - XIII. n.* 2. P. fol. linear. acutis, caule procumbente piloso. Roy. lugdb. 473. P. curassavica, aagusto longo lueldoque folio, procumbens. Comm. hort. 1. p. 9. t. 5. P. corassavica lanuginosa procumbens Herm. par. 215. t. 215. P. lanug. procumb., vermiculatae foliis, americana. Pluk. alm. 304. t. 247. f. 7. *Volk. norib.* 341. t. 341. *Anacampseros supina minor, foliis lincaribus turgidis, flor. summis ramulis confertis. Brown. jam.* 234. (*Sp. II.*) — *Var. β. Sp. I.*: P. corassavica lanuginosa, psyllii folio, erectior et elatior, fl. dilatius rubente. Herm. par. 214. t. 214. P. curass. lanug., keli folio, erectior et elatior. Pluk. alm. 303. t. 105. f. 4. — Habitat in America meridionali. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Folia alterna, sed terminalia s. floralia octo in orbem digesta. Flor. sessiles, terminales, calyces bifidi, stam. quindecim, stylo 5fido," *Sp. I. II.*, ... „capsula circumscissa," *Sp. II.* — „Caps. circumscissa." *S. XIII.*

3460. **P. quadrifida** *Mant. I.*: P. bracteis quaternis, flor. quadrifidis, geniculis pilosis. *M. I. p.* 73. *S. XII. n.* 7. — P. lanuginosa procumbens, fl. luteo. Herm. par. 216. Sedum minus arabicum, fl. luteo, fol. planis mucronatis. Pluk. mant. 169. Habitat in Aegypto. ⊙. — Radix fibrosa. Caules prostrati, numerosi, oleracei, teretes, laeves, alterne ramosi, semipedales, geniculis radicantibus pilosis. Fol. oppos., patentius, distantia, ovato-lanceolata, carnosa, laevia, sessilia, integerrima, subtus concava, adspersa micis diaphanis. Petioli florentes terminales, adulti laterales facti, aniflori, superne lucrassati, longitud. foliorum, terminati Bracteis quaternis s. cruciatis, patentibus, folio similibus. Flos sessilis, flavus, cloctus pilis albis, at geniculis. Perianth. bivalve, membranaceum, ovatum. Cor. 4-partita, ovato-oblonga, marcescens. Filam. 8, setacea, basi extrorsum curvata, longit. corollae. Anth. subrotundae. Pist. Germen inferum, rotundatum. Stylus cylindricus, superne crassior, longit. staminum. Stigm. 4, oblonga, obtusa, recurvata, pubescentia. Caps. ovata, leviter tetragona, acutiuscula, anilocularis, *circumscissa (M. I. S. XIII.)*. Sem. plurima, subrotunda, muricata. Culta H. U. — Similima P. *pilosae*, at incauto eadem videatur. [*Mant. I.*]

3461. **P. Halimoides** *Sp. II.*: P. foliis obloogis carnosis, caule corymboso, flor. sessilibus. *Sp. II. S. XII. n.* 3. P. erecta, sedi minoris facie, capitulo tomentoso. Sloan. jam. 88. hist. 1. p. 205. t. 129. f. 3. Halimus minimus, fol. obl. succulentis tumentibus, summis ramulis densissime sitis. Brown. jam. 206. Habitat in Jamaica. ⊙. [*Sp. II.*]

„Calya diphyllus." *Sp. II.* — „Caps. circumscissa." *Sp. II. S. XIII.*

3462. **P. racemosa** *Sp. II.*: P. foliis obovatis planiusculis, racemo simplici triquetro. *Sp. II. S. XII. n.* 5. — P. *triangularis* (*diagn. cad.*) *S. XIII. n.* 5. — *P. triangularis Jacq. obs.* 35. *t.* 23. (*S. XII. sq.*) — *Chamaecistus americana, portulacae folio, flore albo. Herm. parad.* 21. (*S. XIII.*) — P. pedunc. multifloris triangularibus. Jacq. amer. 22. Heliantbemum frutescens, portulacae folio. Plum. spec. 7. t. 150. f. 2. — Habitat in America ad maris littora. ♄. — Calyx diphyllus. Capsula trilocularis. [*Sp. II.*]

„Caps. trivalvis." *S. XII. XIII.*

3463. **P. Anacampseros** *Sp. I.*: P. foliis ovatis gibbis, pedunc. multifloro, caulo (*sub- S. X.*) fruticoso. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. Anacampseros foliis ovatis convexis acutiusculis. H. ups. p. 146. n. 1. Anac. fol. acuminatis. H. cliff. p. 207. n. 1. Roy. lugdb. 412. Telephiastrum folio globoso. Dill. elth. 375. t. 281. f. 363. Portulaca africana sempervirens, fl. rubicundo. Comm. bort. 2. p. 177. t. 89. Raj. suppl. 507. — *Oxalis affinis planta aphylla mammillaris Burm. afr.* 76. *t.* 30. *f.* 2. *vitiata.* (*Sp. II.*) — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Axillae folior. pilosae sunt, et folia succulenta conjunguut hanc cum Portulacia, quamvis stam. plurima et capsula *trivalvis (apice dehiscens Sp. I.)* sit." *Sp. I. II.* — „Calya diphyllus est," *Sp. II.* — „Caps. 3valvis." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Dill. l. c. Comm. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 220.; *l. aut.* Africa.

H. ups. syn. Dill. l. c., Comm. Raj. ll. cc. *et* Old. afr. 32.

3464 *a.* **P. fruticosa** *S. X.*: P. fol. obovatis planiusculis, pedunc. racemosis, caule fruticoso, *S. X. n.* 3. A., *S. XII. n.* 6., ... *cal. pentaphyllo. S. XIII. p.* 371. *n.* 6. — „Cal. 5phyllus. Caps. 3valvis." *S. XII. XIII.*

[*Obs. Omissa haec in Sp. II., ubi ejus loco sequens. R.*]

3464 *b.* **P. paniculata** *Sp. II.*: P. foliis ovatis planis, panicula racemosa. — P. flor. paniculatis. Jacq. amer. 22. P. americana latifolia erecta, flor. albis. Comm. hort. 1. p. 7. t. 4. P-cao facie maritima fruticoss erecta americana. Sloan. jam. 87. hist. 1. p. 205. Anacampseros fol. radicalibus mollibus ovatis glabris, scapo assurgenti paniculato. Brown. jam. 234. Habitat in Americae maritimis. ♄. — Cal. 5phyllus. Caps. 3valvis. [*Sp. II. p.* 640. *n.* 6.]

„P. paulc.: differentiae adde: cal. pentaphyllis." *Mant. II. p.* 291. — [*Obs. Ibidem utriusque nomen a L. promiscue adhibetur. — Syn. Jacq. excludendum: vide seq. R.*]

3465. **P. patens** *Mant. II.*: P. foliis lanceolato-ovatis planis, panicula ramosa, cal. dipbyllis. *M. II. p.* 242. *S. XIII. p.* 371. (*c. eod. syn.*) — P. paniculata: fl. paniculatis. Jacq. amor. 22. — Habitat in America. ♄. — Cult. H. U. — Caulis pedalis, flexilis: ramis alternis, laevibus, 4gonis; inferioribus longioribus. Fol. alterna, subpetiolata, lanceolato-ovata, subsucculenta, semipollicaria, integerrima, carinata, fragilia. Panic. terminalis, elongata; pedic. filiformibus, dichotomis. Cal. diphyllus, ruber. Petala 5, ovata, rubra. Anth. lutae. Styli 3. Caps. globosa, llocularis, 3*valvis (M. II. S. XIII.)*, valvulis duplicatis. Sem. plura, nigra. Distincta omnino a P. paniculata, cui flores albi et calyx 5phyllus. [*Mant. II.*]

DCLXIV. **LYTHRUM** *S. I.*: Cal. 12fidus. Petala 6, calyci iusarta. Caps. 2locularis, polysperma. *S. VI. n.* 463., *X. n.* 532., *XII.* 604.

Lythrum. Salicaris Tournef. 129. — Cal. Perianth. 1phyllum, cylindraceum, striatum: denticulis 12, alternis minoribus. — Cor. Petala 6, oblonga, obtusiuscula, patentia, angulbus incisuris calycis inserta. — Stam. Filam. 12, filiformia, longit. calycis: superiora inferioribus breviora. Anth. simplices, assurgentes. — Pist. Germen oblongum. Stylus subulatus, longit. staminum, declinatus. Stigma orbiculatum, assurgens. — Per. Caps. oblonga, acuminata, tecta, bilocularis. — Sem. numerosa, parva.

[☉ *G. I. n.* 387., *II.* 463., *V.* 532., *VI.* 604.]

„In quibusdam speciebus unica sepala pars numeri e flore eximitur (*n.* 3468. 3475.)." *G. I - VI. a, a.* — „Species datur stam. 6," *Act. ups.* 1741. *p.* 84. — „Hyssopifolia stam. tantum 6 gaudet (*a.* 3471, 2, 4, 5.)." *G. V. u. n., VI.*

Obs. S. I. syn. Tourn. — Cf. de nom. gen. H. cliff.

3466. **L. Salicaria** *Sp. I.*: L. fol. oppositis cordato-lanceolatis, flor. spicatis dodecandris. *Sp. I - S. XII. n.* 1. *Fl. suec. II. n.* 422. L. fol. oppos. H. cliff. p. 178. n. 1. Fl. suec. 1. n. 393. Roy. lugdb. 458. Guett. stamp. 2. p. 122. L. fol. oblong. acutis, flor. verticillatis. Fl. lapp. n. 197. Lysimachia spicata purpurea Bauh. pin. 246.

Digitized by Google

Lysim. purpurea communis major Clus. hist. 2. p. 51. — *Var. β. Sp. I.:* Blattaria rubra spicata major, folio subrotundo. Moris. hist. 2. p. 490. s. 5. t. 10. f. 11. — *Var. γ. Sp. I.:* Lysim. trifolia spicata purpurea Bocc. mus. 167. — *Var. δ. Sp. I.:* Lysim. quadrifolia purpurea, molliori bus et longior. foliis. Bocc. mus. 167. — Habitat in Europa ad ripas aquarum. ♃. [*Sp. I. II.*]

Obs. Var. „*fol. alternis, fl. in alis solitariis*", *prope Kemi lecta, commemoratur in* (*Lashes. lapp.* 2. *p.* 184. *et*) *Fl. lapp. obs. β.* „Caulis erat pedalis, rectus, simplex; fol. alterna, cordato-lanc., sessilia; flores ex singula ala foliorum superiorum prodibant solit. sessiles. Unicam vidi talem plantam; vera autem variatio et ooo distincta erat species."

H. cliff. syn. Salicaria vulgaris purpurea, fol. obl. Tourn. inst. 253. Boerh. lugdb. 1. p. 221., Blatt. rubra spic. etc. fol. acuto. Moris. l. c. f. 10., Bauh. Clus. ll. cc., Bauh. hist. 2. p. 702., Pseudolysimachium purp. alterum Dod. pempt. 86.; — *carr. α.* Salic. trifolia, caule ôgono. Tourn. l. c., — *β.* Salic. purp. fol. subrotundis Tourn., Blattaria etc. fol. subrot. Moris., ll. cc.

Fl. lapp. syn. Tourn. l. c., Bauh. pin. l. c. *et* Till. ab. 42. Rudb. cat. 26. vall. 22. hort. 69.

Fl. S. syn. Tourn. C. Bauh. ll. cc. *(et* Till. Rudb. ll. cc. *in ed. I.); — aarr. β. (ut α. H. cl.); γ. (ut β. Fl. lapp.)*

3467. **L. virgatum** *Sp. I.:* L. foliis *alternis* (*oppositis S. XII. sq.*) lanceolatis, panicula virgata, flor. dodecandris, *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. p.* 642. *n.* 10., ... *ternis. S. XII. S. XIII. n.* 10. Salicaria orientalis, salicis folio acutissimo et glabro. Tournef. cor. 18. S. glabra ramosissima, longissimis et angustissimis foliis. Amm. ruth. 89. Habitat in Sibiria, Tataria. — Caulis paniculatus, ramis alternis longis. Flores 2 s. 3, pedicellati, ex singula ala alterna racemi. [*Sp. I. II.*]

„Folia etiam in hac opposita sunt. Flores alterni." *Sp. II. app. p.* 1681. — „Variat rarius fol. alternis." *S. XII. XIII.*

Sp. II. app. l. c. et S. XII. XIII. add. syn.: „L. *austriacum* fol. oppos. lineari-lanc. subsessilibus nitidis, flor. dodecandris. Jacq. vind. 243. descr. *austr. t.* 7. *(S. XIII.)* Lysimachia rubra ooo siliquosa Bauh. pin. 246. Lysim. purpurea 2. s. minor Clus. hist. 2. p. 51."

3468. **L. fruticosum** *S. X.:* L. foliis oppositis subtus *sub-* (*S. XIII.*) tomentosis, flor. decaodris, corollis calyce calyceque genitalibus brevioribus. *S. X. XIII. n.* A., *Sp. II. n.* 2. — Habitat in China. ♃. — Frutex cortice lacero. Folia opposita, sessilia, lanceolata, integerrima, subtus subtomentosa. [*Sp. II.*]

„Flores solitarii, pedunculati, subterminales." *Mant. II. p.* 392. *S. XIII.*

3469. **L. verticillatum** *Sp. I.:* L. foliis oppositis subtus tomentosis subpetiolatis, flor. verticillatis lateralibus. *Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 4. L. fol. oppos., fl. verticillatis. Gron. virg. 52. Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

„Pedunc. multiflori, brevissimi." *Mant. II. p.* 392. *S. XIII.*

3470. **L. petiolatum** *Sp. I.:* L. foliis oppositis linearibus petiolatis, flor. dodecandris. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 5. L. foliis petiolatis. Gron. virg. 52. Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

3471. **L. lineare** *Sp. I.:* L. foliis oppositis linearibus, flor. oppositis hexandris. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 6. L. fol. linear., flor. hexand. solitariis. Gron. virg. 162. Habitat in Virginia. — Caulis filiformis erectus angulatus, foliis *oppositis* linearibus, terminatus spica majore et duabus lateralibus minoribus compositis ex flor. oppositis remotis; sub singulis folium. Facies L. *Hyssopifoliae*. [*Sp. I. II.*]

3472. **L. Parsonsia** *S. X.:* L. foliis oppositis ovalibus, flor. *sessilibus* (*Sp. II. sq.*) alternis hexandris, caule diffuso. *S. X. n.* 4. B., *Sp. II. S. XII. n.* 3. Parsonsia herbacea, foliis ovatis oppositis, floribus singularibus foliis ad alterum latus interpositis. *Brown. jam.* 199. *t.* 21. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Jamaica. ♃. — Caules prostrati. Folia subsessilia, nuda, integerrima, *trinervia* (*Mant. II. sq.*). Racemi alterni. Flores *solitarii* (*Sp. II., M. II.*), alterni, sessiles. [*Sp. II.*]

3473. **L. Melanium** *S. X.:* L. foliis oppositis ovatis, flor. alternis subdecandris, caule prostrato. *S. X. n.* 4. C., *Sp. II. S. XII. n.* 7. Melanium herbaceum reclinatum, fol. ovatis oppos., flor. singularibus ad alas alternas. Brown. jam. 215. Habitat in Jamaica. ♃. [*Sp. II.*]

3474. **L. Hyssopifolia** *Sp. I.:* L. foliis alternis linearibus, flor. hexandris. Hort. ups. p. 118. n. 1. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 8. L. fol. alternis. H. cliff. p. 178. n. 2. Sauv. monsp. 53. Roy. lugdb. 458. Gort. gelr. 271. Salicaria hyssopi folio latiore. Hall. jen. 147. t. 6. f. 3. Hyssopifolia Bauh. pin. 218. — *Var. β. Sp. I.:* Lysimachia rubra non siliquosa Bauh. pin. 246. — *Var. γ. Sp. I.:* Lysimachia linifolia purpureo-caerulea Bauh. pin. 246. — Habitat in Germaniae, Helvetiae, Angliae, Galliae inonatis. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Caules prostrati, rigidali, ramosi, virgati. Fol. alterna, sessilia, lineari-lanceolata, obtusa, integerrima. Flores axillares solitarii. Cal. tubulosus dentibus 5 s. 6 patulis. Petala 6, purpurea, basi alba. Stam. 6, calyce breviora." *Mant. II. p.* 392.

H. stiff. syn. Salic. hyssopi fol. lat. Tourn. inst. 253. Boerh. lugdb. 1. p. 222., Bauh. l. c., Hyss. aquatica Bauh. hist. 3. p. 792., H. s. Gratiola minor Bauh. prod. 108., Grat. angustifolia Raj. hist. 1055., Polygonum aquaticum majus Barr. rar. t. 773.; — *varr. α. S. h. fol. angustiore T., β. S. h. f., fl. albis T.;* — *l. aat. in* Alsatia, Angl., Gall., in Campania romana et Romae juxta serpentes aquarum rivulos in subhumidis, praesertim ubi aquae per hyemem stagnarunt.

H. aps. syn. Tourn., Hall. (opt.), Bauh. pin., ll. cc., *l. aat. simil.* German.

3475. **L. Thymifolia** *Sp. I.:* L. foliis alternis linearibus, flor. tetrapetalis. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 9. L. fol. linearibus. Sauv. monsp. 49. Salicaria minima tenuifolia Tournef. inst. 254. — *Salix. hyssopi folio angustiore. Illustr. hal.* 290. *descr.* (*Sp. II.*) — Hyssopifolia minor s. potius thymifolia maritima Baob. hist. 3. p. 792. Polygonum aquaticum minus Barr. ic. 773. f. 2. — Habitat in Italiae et G. Narbonensis uliginosis. ☉. — Petala 4, stamina 2, cal. 4dentatus. Fol. lineari-lanceolata, alterna, ima opposita. Flores solitarii axillares. Calyx stipulis 2 lateralibus fulcitus. D. Sauvages. [*Sp. I. II.*]

„Flor. solit. sessiles. Caulis erectus." *S. XIII.*

DCLXV. **GINORA** *Sp. II.:* Cal. 6fidus. Petala 6. Caps. 1locularis, 4valvis, colorata, polysperma. *S. XII. XIII. n.* 605.

Ginora Jacq. 91. — Cal. Perianth. 1phyllum: Tubo campanulato; Limbo 6fido: laciniis lanceolatis, patentibus, coloratis, persistentibus. — Cor. Petala 6, subrotunda, patentia, calyce longiora, unguibus longis collo calycis inserta. — Stam. Filam. 12, subulata, patula, longit. calycis, calyci inserta. Anth. reniformes. — Pist. Germen subrotundum, depressum. Stylus subulatus, longit. corollae, persistens. Stigma obtusum. — Per. Caps. depresso-subrotunda, nitida, colorata, sub-4sulcata, 4valvis, 1locularis, apice debiscens. — Sem. plurima, minuta. Receptac. subrotundum, magnum. [*G. VI. s.* 605.]

3476. **G. americana** *Sp. II. S. XII. n.* 1. — Jacq. amer. 148. t. 91. — Habitat in America. ♄. — Frutex pulcher habitu Myrti. [*Sp. II. m. m.*]

ORDO II. DIGYNIA.

DCLXVI. **HELIOCARPUS** *G. I.:* Cal. 4phyllus. Petala 4. Styli simplices. Caps. 2locularis, *compressa, utrinque longitudinaliter* (*S. S. I.*) radiata. *S. VI. p.* 112. *n.* 530. (*sub cl. XIII.* 2.), *X. n.* 533., *XII.* 606.

Heliocarpus (*L., S. II.*). Montia Houst. A. A. — Cal. Perianth. 4phyllum, coloratum: foliolis linearibus, longis, latiusculis, patentibus, deciduis. — Cor. Petala 4, linearia, calyce multo breviora, angustiora. — Stam. Filam. 16, subulata, longit. fere calycis. Anth. didymae, lineares, incumbentes. — Pist. Germen subrotundum. Styli duo, erecti, longit. staminum. Stigm. acuta, distantia. — Per. Capsula turbinato-ovata, pedunculata, *compressa* (*G. V. VI.*), perpendiculariter cincta radiis pinnatim ramosis, bilocularis. — Sem. solitaria, subovata. [⊕ *G. I. p.* 157. *n.* 444. *et II. p.* 243. *n.* 530. *sub cl. XIII.* 2., *V.* 533., *VI.* 606.]

Obs. Huc primo (e cl. XIII. 2.) in Sp. I. sq. — Cf. de nom. gen. fusius H. stiff. l. c.: de char. gen. plura in Prasl. ed. Gis. p. 458.

3477. H. americana *Sp. I - S. XII. n.* 1. Heliocarpus H. cliff. p. 211. t. 16. — *Trew. ehret.* t. 45. (*S. X. Sp. II.*) Habitat in *America meridionali* (*Vera Cruce. Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caulis arboreus, humanae et sesqui-humanae altit., crassitie pollicis, erectus, teres, quodammodo laevis, cinereus, punctis albidis elevatis oblongis transversalibus callosis adspersus, unde parum scaber. Ubi singulo anno desinit crescere caulis, spharcelo corripitur summa pars, discedit et juxta mutilatum apicem exeunt rami solitarii ommuli erecti simplices, pari modo ac caulis ipse proximo anno ramos exserentes. Folia perfecte cordata, acuminata, inaequaliter serrata: serraturis ad basin peltatis concavis glandulosis. Nervi 6 e basi prodeunt, quorum intermedius longitudinalis, laterales vero infra medium folii distributi. Ubi nervi longitudinales proximi desinunt, saepius exserit folium lobum parvum et acutum; inter nervos vasa quodammodo recta linea connexa. Superficies utraque folii parum scabra, at viridis, concolor; diameter folii magnitudine saepe manus. Petioli inferiores deorsum nutant; intermedii patentissimi, superiores erecti, omnes longit. fere folii, teretes, stricti, ubi inseruntur folio ad apicem genicului crasso instructi. Stipula utrinque adstat petiolo, subulata, plana, reflexupatens, decidua, brevis. Cum foliola decidunt, relinquitur cicatrix cum rudimento s. gemmula, quae per vitam arboris perdurant. — Amat vitam sub 65 - 70 gradus caloris. Floruit Decbr. 1735., fl. albo, racemo simplici erecto. Dum primum e sem. enascebatur, tanta gaudebat cum Triumfetta similitudine, ut eundem quivis facile diceret plantam (ambae enim Hibiscis similimae sunt); at adulta major evadit haec, minor vero Triumfetta; Heliocarpus foliis caule et petiolis fere glabris, Tr. vero hisce omnibus tomentosis gaudet; folia H - pi plana sunt, Tr - ae rugosa; flores autem etrisque maxime diversi sunt, ut et fructus." *H. cliff.*, *cum pulchra icone.*

DCLXVII. **AGRIMONIA** *S. I.:* Cal. 5dentatus, altera obvallatus. Petala 5. Sem. 2, in fundo calycis. *S. VI. n.* 464., *X.* 534., *XII.* 607.

Agrimonia Tournef. 155. Agrimonoides Tournef. 155. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5fidum (*5partitum G. I.*), erectum, parvum, superum, persistens, altero calyce obvallatum. — Cor. Petala 5, plana, emarginata: unguibus angustis, *calyci inserta* (*♁. G. I.*). — Stam. Filam. capillaria, corolla breviora, *calyci inserta* (*♁. G. I.*). Antherae parvae, *didymae, compressae* (*♁. G. I.*). — Pist. Germen inferum. Styli 2, simplices, longit. staminum. Stigm. obtusa. — Per. *nullum. Calyx cutio cuarctotus, iodarotus* (*G. II - VI.*). — Sem. duo, subrotunda — Obs. Stamina valde numero incerta, aliis 12, rarius 10, aliis aeptem. — Agrimoniae T. calyx exterior adnatus interiori; sem. 2, stam. duodecim *ad viginti; fructus subinde aliatus* (*♁. G. I.*). — Agrimonoidis T. calyx exterior liber ab interiori, semen unicum, stam. septem circiter.

[✲ *G. I.* n. 388., *II.* 464., *V.* 534., *VI.* 607.]

Obs. In G. I. „Peric. Capsula brevis, calyce connivente coronata, tecta, decidua." *dicebatur: sed ibid. Add. p.* 382, *obs.:* „Capsula a calyce fere producitur, eadem qua in Alchimilla methodo."

Obs. S. I. syn. Agrimonoides T.

3478. A. Eupatoria *Sp. I.:* A. foliis caulinis pinnatis: *impari petiolato* (*Sp. II. sq.*), fructibus hispidis. *Sp. I. II. S. XII. n.* 1. — *A. fol. caul. pinn., foliol. undiq. serratis, omnibus minutis interstinctis, fruct. hisp. S. X. n.* 1. — *A. fol. omnibus pinnat., fr. hisp.* H. cliff. p. 179. n. 1. et Fl. suec. I. n. 394., II. 423. II. ups. p. 118. n. 1. Mat. med. n. 221. Gron. virg. 53. Roy. lugdb. 240. Hall. helv. 407. Gaett. stamp. 1. p. 293. Dufib. paris. 139. Eupatorium veteram s. Agrimonia Bauh. pin. 321. Eupatorium Fuchs. hist. 244. Cam. epit. 756. *Mill. ic.* 15. (*Sp. II.*) — *Oed. dan.* 588. (*S. XIII.*) — Habitat in Europae pratis apricis argillaceis. ♃. [*Sp. I. o. o., II.*]

Sp. I. add. corr. β. A. medio modo odorata Moris, blaes., *γ.* Eupatorium odoratum Bauh. pin. 321., A. orientalis [*etc. vid. sp. seq.*] Tourn. cor. 21.

H. cliff. syn. Agrimonia Caesalp. syst. 319., A. officinarum Tourn. inst. 301. Boerh. lugdb. 1. p. 79., Bauh. hist. 3. p. 398. Dod. pempt. 28., Moris. hist. 2. p. 614. s. 5. t. 34. f. 1 - 3.; — *varr. α.* A. santonensis odorata Tourn., Eup. odoratum santonense s. blaesense etc. Moris., — *β.* A. odorata Tourn., Eup. odoratum Bauh. pin. 321., E. maxime odor. Moris., — *γ.* Agr. orientalis *(etc. v. sp. sq.)* Tourn. cor. 21.; — *i. ont. speciulior.* — *Obs.:* „Flos saepius 12 stamina gerit, saepe et 20. Dum receptaculum foris claudit collum calycis, sustinebit calyx capsulae vices."

Fl. S. syn. Bauh. pin. Fuchs. Cam. II. cc. *et* Roy. Hall. Tourn. II. cc., *in ed. I.)*

Mat. med. syn. Bauh. pin. l. c.

H. ops. syn. Roy, Hall. etc., *var. β.* A. orientalis etc. Tourn., *i. ant.* in Oriente. ♃.

3479. A. repens *S. X.:* A. fol. caulinis pinnatis: impari sessili, fruct. hispidis. *Sp. II. S. XII. n.* 2. — *A. fol. caul. pinn., stipulis caulem obtegentibus, spica subrotunda sessili, fruct. hispidis. S. X. n.* 1. A. (*cum syn. Tourn.*) — A. orientalis humilis, radice crassissima repente, fructu in spicam brevem et densam congesto. Tournef. cor. 21. — Habitat in Oriente. — Affinis nimium A. Eupatoriae, sed caules breviores, crassiores, hirsuti. Stipulae longit. interstitiorum, reflexae, fere totum obumbrant caulem. Foliorum impar non pedicellatum. Spica brevis, densa, sessilis; Bracteis longit. florum. [*Sp. II.*]

„Foliola 3 extima non interstincta foliolis." *S. X.*

Obs. Huc var. γ. et? β. Sp. I., var. β, γ. H. cliff.?, β. H. ups.: cf. sp. prace.

3480. A. Agrimonoides *Sp. I.:* A. foliis caulinis ternatis, fruct. glabris. H. cliff. p. 179. n. 2. Roy. lugdb. 241. *Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 3. Agrimoniae similis Bauh. pin. 321. Agrimonoides Col. ecphr. 1. p. 145. t. 144. Boerh. lugdb. 1. p. 179. *Barrel. ic.* 612. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Italiae nemoribus umbrosis humentibus. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Stamina saepe vix ultra octo." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Col. Boerh. Barr. II. cc. *et* Tourn. inst. 301., Bauh. l. c. *et* Raj. hist. 400. Moris. hist. 2. p. 615. s. 5. t. 34. f. 4.; — *i. mai.* inter vepres et frutices locis incultis ad Matesii radices septentr. respicientibus et in Aequicolorum montibus, semper in umbrosis saliquae aversis: Columna. in mont. Latii et Sabinarum ac sylv. collibusque Italiae nec non in colli. Tiburtinis secundum Albulam: Barrel. — *Obs.:* „Hujus flos hexandrus est."

ORDO III. TRIGYNIA.

DCLXVIII. **RESEDA** *T., S. I.:* Cal. 1phyllus, *partitus* (*5. S. I.*). Petala laciniata. Caps. ore dehiscens, 1locularis. *S. VI. p.* 113. *n.* 534. (*sub cl. XIII.* 1.), *X. n.* 535., *XII.* 608.

Reseda Tournef. 238. Luteola Tournef. 238. Sesamoides Tournef. 238. — Cal. Perianth. 1phyllum, partitum: laciniis angustis, acutis, erectis, persistentibus, quorum duae magis dubitant, in usum petali melliferi. — Cor. Petala nonnulla, inaequalia, semper aliqua semitrifida, supremo ad basin gibbo, mellifero, longitudine calycis. — Nectarium: Glandula plana, erecta, e receptaculo producta, a latere superiore *juxta germen inserto* (*G. I.*) inter stamina et supremum petalum incata, connivens cum basi petalorum ab eodem latere dilatata. — Stam. Filam. *plura* (10 *s.* 16. *G. V.*, 11 *s.* 15. *G. VI.*), brevia. Antherae erectae, obtusae, longit. corollae. — Pist. Germen gibbum, in Stylos nonnullos brevissimos desinens. Stigm. simplicia. — Per. Caps. gibba, angulata, stylis acuminata, inter stylos hians, 1locularis. — Sem. plurima, reniformia, angulis capsulae adnata. — Obs. Vix datur ullum genus, pro determinanda characterе, difficilius. Ludit enim numero et figura in diversis speciebus, *quas non nisi caecus distinguі debere dijudicaret* (*G. I. II.*). — Faucetialis character consistit in petalis trifidis, unico ad basin mellifero, et capsula non clausa, *sed semper hiante* (*G. VI.*). — Luteolae T.: perianth. 4partitum; petala 3, supremum melliferum semisexfidum: lateralia opposita trifida; adduntur luxu vel natura saepe duo infima minima integra; styli 3; stam. plurima. — Alia apud. (*R. alba G. V. VI.*): perianth. 6partitum; petala 6, subaequalia, omnia semitrifida; styli 4; capsula 4angularis; stam. 11 semper, *quod singulare nec in ullo alio* (*♁. G. VI.*). — Aliae spec.: perianth. 5partitum; petala 6, dissimilia, trifida; styli 3; stamina plurima. [✲ *G. I. p.* 158. *n.* 447. *et Add. p.* 383. (*t. m.*) *et G. II. p.* 246. *n.* 534. *sub cl. XIII.* 1., *V. n.* 533., *VI.* 608.]

Obs. S. I. syn. Luteola T. — *Sub cl. XIII.* 3. *ibid. et seq.: huc in Sp. I. sq.*

3481. R. Luteola *Sp. I.:* R. fol. lanceolatis integris *basi utrinque unidentatis* (*S. XII. sq.*), cal. qua-

drifidis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. *Fl. suec. II. n.* 424. R. fol. simplicibus lanc. integris. H. cliff. p. 212. n. 1. Fl. suec. I. n. 439. *Act. holm.* 1741. *p.* 195. Roy. lugdb. 483. Dalib. paris. 160. Luteola herba saïicis folia. Bauh. pin. 100. Lutea herba Dod. pempt. 80. Habitat in Europa ad vias et pagos. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Folia ad basin utrinque denticulum habent callosum." *Sp. II. Fl. S. II.* — „Inflexo cacumine, etiam nocte, solem sequitur." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. R. tinctorum, salicis folio, luteola dicta Herm. lugdb. 423., Luteola Lob. hist. 190., Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 423. Boerh. I. p. 251., Dod. l. c., Lutea plinii qbsd. Bauh. hist. 3. p. 465. — *II. aatt. speciatiores.*

Act. holm. syn. C. Bauh. Dod. II. cc.

Fl. S. I. II. syn. C. Bauh. Tourn. Dod. II. cc., Pseudostruthium Cam. epit. 336., Tinctoribus Wow, Wau.

3482. R. canescens *Sp. I.: R. fol. lanceolatis undulatis pilosis. S. XII. XIII. n.* 2. — R. foliis subulatis sparsis. Sauv. monsp. 48. *Sp. I. II. S. X. n.* 2. R. foliis simplicibus oblongis integris. Guett. stamp. I. p. 225. R alba minor Bauh. pin. 100. Sesamoides salmanticum parvum 2. Clus. hist. I. p. 296. t. 295. Habitat in Salmantica. [*Sp. I. II.*]

„Rad. perennis. Caulis pedalis, erectiusc., pilosus, pilis albis. Rami ex alis superioribus seriotes. Folia alterna, sessilia, lanceolata, carina pilosa, vix ciliata, integerrima absque dente, undulata. Racemus terminalis, flor. altis. Anth. luteae II. Germina 6, insidentia stipiti commeni." *S. XII. XIII.*

3483. R. glauca *Sp. I.:* R. foliis linearibus basi dentatis, flor. tetragynis. *Sp. I - S. XII. n.* 3. R. linariae foliis, Bauh. pin. 100. prodr. 41. Burs. IV. 88. R. linariae folio, glaucum pyrenaicum, fl. stamineo. Moris. hist. 3. p. 601. s. 15. t. 1. f. 4. R. linariae fol., pyrenaica, glauco folio. Pisk. alm. 317. t. 107. f. 2. Raj. suppl. 511. Luteola pumila pyrenaica, linariae folio. Tournef. inst. 424. Habitat in Pyrenaeis. [*Sp. I. II.*]

Obs. Mittit hanc Loefl. II. p. 291., *observans:* „4gyna fol. linear. basi setaceo-denticulatis. Sesamoides fructu stellato Tourn. inst. 424? [*Cf. n.* 3485. *R.*] Cr. ad margines collium agrorumque."

3484. R. purpurascens *Sp. I.:* R. foliis linearibus obtusis, flor. pentagynis. *Sp. I - S. XII. n.* 4. R. alba minor prima Bauh. pin. 100. Raj. hist. 1054. Sesamoides salmanticum parvum I. Clus. hist. I. p. 296. Sesamoides foliis crassis, flor. ex herbaceo porpurascentibus. Tournef. inst. 424. Habitat in collibus Salmanticis, Monspelii. [*Sp. I. II.*]

Obs. Hanc quoque misit Loefl. p. 291., *cum obs.:* „5gyna, fol. linear. integerrimis, fructu corniculis 5 obtusis. Sesamoides fl. albo, fol. canescentibus Tourn. inst. 424. — Cr. in collibus campestribus."

3485. R. Sesamoides *Sp. I.:* R. foliis lanceolatis integris, fruct. steliatis. *Sp. I - S. XII. n.* 5. Sesamoides fructu atellato. Tournef. inst. 424. Habitat Monspelii in Horto Dei. [*Sp. I. II.*]

3486. R. fruticulosa *S. X.:* R. foliis pinnatis apice recurvis, flor. tetragynis, cal. quinquepartitis patentibus, caule basi *sub-* (*Sp. II.*) fruticoso. *S. X. n.* 5. A., *S. XII. XIII. n.* 7. — R. *suffruticulosa* (*diagn. ead.*) *Sp. II. n.* 7. — Habitat in Hispania. ♃. — Radix s. caulis supra terram perennans, crassitie saepe dupla pollicis, brevissimus, e cujus apice caules plures, adscendentes, laeves, striis elevatis. Folia pinnata: pinnis 5 s. 7, lanceolatis, decurrentibus, fere undatis, laevibus, apice recurvis. Spicae plures, alternae, versus caulis apicem primorae. Petala 6 s. 8, alba, trifida, calyce majora. Stamina 11. Quasi nudia inter R. undatam et albam. [*Sp. II.*]

3487. R. alba *Sp. I.:* R. foliis pinnatis, floribus tetragynis. H. ups. p. 149. n. 1. *Sp. I. n.* 6., ... *cal. sexpartitis, S. X - XIII. n.* 8., ... *patulis. S. X. n.* 6. — R. foliis pinnatis integris. H. cliff p. 212. n. 2. .... integerrimis, tetragyna. Vir. cl. p. 50 R. maxima Baob. pin. 100. Lob. hist. 110. — Habitat Monspelii, *in Hispania* (*Sp. II.*). ☉. [*Sp. I. excl. β., II.*]

H. cliff. syn. Bauh. Lob. II. cc. *et* Boerh. lugdb. I. p. 258., R. candida Dalech. hist. 1199., R. alba Bauh. hist. 3. p. 467., R. plinii Busl. syst. acst. 30. f. 1.; — *var. α.* R. minor alba fol. dentatis. Barr. rar. 78. t. 568.; — *I. aat.* non procul Monsp. prope pagum Balleruc; — *obs.:* „Haec stigmata 4 in pistillo gerit."

H. ups. syn. Bauh. Lob., *I. aat.* Monsp. — *Obs.:* „Haec variat fol. undulatis et crispa evadit."

Obs. Sp. I. add. var. β. (ut α. H. cliff.): vide *sp. seq.*

3488. R. undata *S. X.:* R. flor. trigynis tetragynisque, *cal. quinquepartitis* (*Sp. II.*), foliis pinnatis undulatis. *Sp. II. S. XII. n.* 6. — *R. fol. pinnatis: radicalibus dentatis alternis minoribus, flor.* 3-4*gynisve, calycino dente supremo minimo. S. X. n.* 6. B. — R. alba *β. Sp. I. n.* 6. [*R.*] — R. minor, foliis incisis. Barr. rar. 78. t. 568. — Habitat in Hispania. ♃. — Caulis pedalis, striato-angulatus, strictus. Folia radicalia et caulina pinnata: foliolis lanceolatis, decurrentibus, acutis, undatis: alternis minoribus, erectioribus. Superiora folia excludunt foliola alterna minora. Racemi terminales. Cal. 5partitus. Petala 5, trifida, alba, Anth. luteae, 10. Pistilla in aliis flosculis 3, in aliis 5. Capsulae hujus generis maximae. [*Sp. II.*]

3489. R. lutea *Sp. I.:* R. foliis omnibus trifidis: inferioribus pinnatis. H. cliff. p. 212. n. 3. t. c. H. ups. p. 149. n. 2. Roy. lugdb. 483. Hall. helv. 315. Dalib. paris. 159. Gort. gelr. 310. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 9. R. vulgaris Bauh. pin. 100. Raj. hist. 1053. R. lutea Bauh. hist. 3. p. 467. — *Var. β. Sp. I.:* R. gallica crispa Boec. sic. 77. t. 41. f. 3. R. massiliensis, foliis latioribus crispis. Pluk. alm. 317. t. 55. f. 4. — Habitat in Europae australioris montibus cretaceis. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Folia saepius undulata." *Mant. II. p.* 392. *S. XIII.* [*Talem forsan misit Loefl. II. p.* 291, *(sub R. Luteola) R.*]

H. cliff. syn. Bauh. utrq. II. cc., Sesamoides primum Caes. syst. 100.; — *var. α. plane ut β. Sp. pl.;* — *I. aut.* in Ital. Gall. Holland, Angliae muris et praesertim in mont. cretaceis.

H. ups. syn. Bauh. pin., *var. β. et β. Sp. pt.; I. aat. simil.* ♂.

3490. R. Phyteuma *Sp. I.:* R. foliis integris trilobisque, cal. *sexpartitis* (*Sp. II. aq.*) maximis. H. cliff. p. 212. n. 4. Dalib. paris. 159. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 10. R. flor. trigynis, cal. maximis hexaphyllis. H. ups. p. 150. n. 3. R. minor vulgaris Tournef. inst. 423. Resedae affinis Phyteuma Bauh. pin. 100. prodr. 42. Erucago apula trifida quinquefolia Col. ecphr. 267. t. 269. — *Var. β. Sp. I.:* R. minor vulgaris, folio minus inciso. Tournef. inst. 423. — *Var. γ. Sp. I.:* R. minor vulgaris, foliis integris. Tournef. inst. 423. Phyteuma Bauh. hist. 3. p. 386. fig. — Habitat in Gallia, Italia, *Oriente* (*Sp. II.*). ☉. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Tourn. l. c. *et* Boerh. lugdb. I. p. 251., Bauh. pin. l. c., Phyteuma Bauh. hist. 3. p. 387., Dalech. hist. 1198., Sesamoides tertium Caesalp. syst. 389.; — *I. aat.* circa Parisios, Monspelium, Romam; — *obs.:* „Calyx bis superat magnitudine omnes partes floris, quo a congeneribus distincta planta est."

H. ups. syn. H. cliff.; — *var. β.* R. min. vulg. fol. integr. T. l. c., Resedae affinis phyteuma qmd. Dalech. l. c., Phyteuma Bauh. hist. l. l. c.; — *I. aat. ut H. cl.* — *Descr.:* „Radix annua. Caul. ramosus diffusus herbaceus. Cal. 6phyllus maximus. Cor. 6phylla. Petala 2 suprema majora, alba, capillaceo-multifida. Pet. 2 media minora alba capillaceo-multifida. Pet. 2 infima capillacea simplicissima. Horum 4 suprema basi squamata nectarium constituent. Stamina 16, filamentis subulatis crassis flavescentibus brevibus; anth. oblongis flavescentibus. Germinis styli 3. Fructus in pedunculo horizontali, calyce maximo reflexo, capsula tricuspidi aperta, supra basin glandulam nectarii ferens ovatam."

Obs. Mittit specimen Loefl., II. p. 291., *obs.:* „Communiter strigosa est."

3491. R. mediterranea *Mant. II. app.:* R. foliis integris trilobisque, calycibus flore brevioribus. — Habitat in Palaestina. — Caulis pedalis, adscendens s. erectus, superne ramosus, scaber. Fol. inferiora lanceolata, alterna, indivisa, subtus scabra, Caulina superiora 3fida. Racemus terminalis, longus, erectus. Calyx 6phyllus, brevissimus, linearis, patens, Cor. 6petala, alba: Petala 2 superiora 3partita: media minore; 2 lateralia bipartita: inferiora minora; 2 infima linearia Stam. pallida. Germen tricuspidatum, calyce vix longius. Styli nulli. Stigm. simplicia. [*Mant. II. p.* 564.]

3492. R. odorata *S. X.:* R. foliis integris trilobisque, cal. florem aequantibus. *S. X. n.* 8. C., *Sp. II. S. XII. n.* 11. R. fol. integ. trilobisque, flor. tetragynis. *Mill. diet.* t. 217. (*S. X. Sp. II.*) — R. fol. integris, flor. odoratis. Hall. goett. 95. Zinn. goett. 123. Habitat in Aegypto. ♂. [*Sp. II.*]

Digitized by Google

„Simillima R. Phytaumae, sed folia magis undulata. Calycis corolla non longiores. Rami declinati, setis vagis adspersi. Flores tristes ambrosiaci, saepius tetragyni." *Sp. II.* — „Petalorum laciniae laterales in hac, intermediae vero in praecedenti [n. 3490.] breviores." *S. X. Sp. II.*

Obs. Ortum esse ex n. 3490. *conjicit autor in Diss. pl. hybr. Am. ac.* 3. *p.* 51.

DCLXIX. **EUPHORBIA** *G. I.*: Cal. 1phyllus, *ventricosus* (*S. XII. sq.*). Cor. 4- seu 5petala, *calyci insidens* (*S. XII. sq.*). Caps. tricocca. *S VI. p.* 112. *n.* 517. (*sub cl. XIII.* 1.), *X. n.* 536, *XII.* 609.

Euphorbia. Euphorbium Isnard. A. G. 1720. *Boerh. I.* 258. Tithymalus Tournef. 16. *Malp.* 202. 270., *Esula Riv. IV.* 136 - 143., Tithymaloides Tournef. *Dill. eith.* 288. (*G. I. II. add. cursiv.*) — Cal. Perianth. 1phyllum, ventricosum, *rugosum* (♁. *G. VI.*), sub- (*G. VI.*) coloratum, ore 4dentatum (5dentatum paucioribus), persistens. — Cor. Petala 4 (5 paucis), turbinata, gibba, crassa, truncata, sita inaequalia, cum dentibus calycis alterna, unguibus margini calycis imposita, persistentia. — Stam. Filam. plura (12 vel supra), filiformia, articulatu (*G. VI.*), receptaculo inserta, corolla longiora, diverso tempore erumpentia. Anth. didymae, *globosae* (subrotundae *G. VI.*). — Pist. Germen subrotundum, triquetrum, *pudicitatum* (*G. V. VI.*). *Styli* 3, *bifidi* (Stylus simplex brevis. *G. I. II.*). Stigmata obtusa, *tria semibifida. G. I. II.*). — Per. Capsula subrotunda, tricocca, trilocularis, *stylo elongato pendens* (♁. *G. VI.*), *elastice dissiliens* (*G. V. VI.*). — Sem. solitaria, subrotunda. [✻ *G. I. p.* 152. *n.* 429. *et II. p.* 237. *n.* 517. *sub cl. XIII.* 1., *V. n.* 536., *VI. n.* 609. — *Parum diff.: Am. ac.* 3. *p.* 102.]

„Euphorbium lea. caule angulato vel carnoso gaudet, petalisque in quibusdam trifidis. Tithymulus T. caule folioso. Tithymaloides T. calyx ad latus infernum gibbum, calceiforme." *G. I - VI. t. c.* — [*Obs. Pauca de his subgeneribus: Fl. lapp. n.* 220. *obs.* β. *R.*]

„In quibusdam speciebus flores masculi primores sunt." *G. II (e. c.) - VI.* — „Petala saepius 4, quibus 5, saepe in eadem planta, sexu diversis floribus; haec in plerisque glandulosa, in aliis lunata vel dentata, in paucis membranae instar tenuia, *communiter quasi extra calycem posita* (*G. VI.*). Capsula laevis, s. hirsuta, s. verrucosa." *G. V. VI.* — „Stamina non eodem tempore erumpunt." *G. VI.*

Obs. 1. „Euphorbium" *S. I. sub cl. XIII.* 1. *positum, sed praetereo* „Euph. Tithymalus T." *et* „Euph. Elatatia Pet. Gron. Antt." *ibi sub cl. XI.* 3. *tamquam anomalo citantur. — Sercavit cl. XIIImam ord. Imum in G. I - S. VI.* — *Huc prime la Sp. I. sq.* — *Casu* ♁. *genus la S. II.*

Obs. 2. *Diss. de Euphorbia: Am. ac.* 3. *p.* 100 - 131., *quoad species* (*p.* 106 - 29.), *jam in Sp. I. integras fere receptas, hac a nobis dicta est: cf. illic reliqua de hist., nom., struct., famil., motu, viribus etc. generis. — Plura etiam de gen. in Pract. ad Gis. p.* 475 - 6. — *De nom. gen. cf. H. cliff. p.* 197. [*vide n.* 3496.] *R.*

Obs. 3. *Specierum subdivisio in Am. ac. l. c. paulum diversa. R.*

1*. Fruticosae aculeatae.

3483. **E. antiquorum** *Sp. I.*: E. aculeata subnuda triangularis articulata: ramis patentibus. H. cliff. p. 196. n. 1. H. ups. p. 138. n. 2. Fl. zeyl. n. 199. Roy. lugdb. 194. Diss. euph. n. 1. in Amoen. acad. 3. p. 106 - 7. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Euphorbium antiquorum verum Comm. hort. 1. p. 23. t. 12. Schadidacalli Rheed. mal. 2. p. 81. t. 42. — *Var.* β. *Sp. I.*: Tithymalus aizoides triangularis et quadrangularis articulosus et spinosus, ramis compressis. Comm. prael. 55. t. 5. *Eu. aculeata nuda triangularis articulata, ramis erectis. Mill. dict. Euphorbium trigonum et tetragonum spinosum, ramis compressis. Isn. act.* 1720. *p.* 500. (*Sp. II.*) — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. et (m. m.) II.*]

„Caulis angulis 3, margine repandis, articulatus fere. Rami horizontales, angulis saepius 2, horizontalibus, margine repandis; angulis insident aculei 2, oppositi, et supra hos foliolum minimum, ovato-lanceolatum, deciduum." *H. cliff., Am. ac.* — „Figura plantae sine pari!" *H. cliff.*

H. cliff. syn. Eu - m trigonum spinosum rotundifolium Isn. l. c. Burm. zeyl. 96., E - m indicum opuntiae facie, caule geniculato triang. Breyn. prodr. 2. p. 44. Moris. hist. 3. p. 345., E - m antiq. verum Comm. hort. l. c. Raj. hist. 573. Boerh. lugdb. 1. p. 259., Tithymalus indicus et angulosus, lacte acri turgens etc. Kigg. beaum. 4., Tith. aizoides triang. nodosus et spinosus etc. Pluk. alm. 390., Rheed. l. c.; — *Var.* α. E. trig. et tetragonum etc. Isn. l. c., Tith. aiz. 3 - et 4ang. etc. Comm. prael. l. c.; — *l. a n t.* Malab. Zeylon.

Am. ac. syn. Roy. l. c., Tith. aiz. 3 - et 4ang. etc. Comm. prael. l. c., Euph. trigon. sp. rot. Isn. Burm. ll. cc.; — *var.* β. E. antiq. verum Comm. hort. l. c., E. 3 - et 4gonum etc. Isn. l. c. et Burm. l. c., Rheed. l. c.; — *l. a a t.* Ind. orient.

H. aps. carr.: α. T. aiz. 3 - et 4ang. etc. Comm. prael. l. c., β. E. antiq. verum Comm. hort. l. c., Rheed. l. c.; — *l. a a t.* Ind. oriental.

Fl. zeyl. syn. C. trig. spin. rot. Isn. Burm., E. ant. verum Comm., Rheed., ll. cc.; — *a a r.* β. E. 3 - et 4gonum etc. Isn. Burm., T. aiz. 3 - et 4ang. etc. Comm., ll. cc., Rangiferi cornua referens planta, Sandricalli zeylonensibus Herm. prodr. 368.; — *e f f.*: Euphorbii gummi; — *e b s.*: „Pl. hodie in hortis europ. freq."

M a t. m e d. n. 254., *huc cit. in Sp. I. II., pertinet ad n.* 3496. *R.*

3484. **E. canariensis** *Sp. I.*: Eu. aculeata nuda *sub* 5- (*a u b* 4- *Sp. II. sq.*) angularis, aculeis geminatis. Diss. euph. n. 2. in Am. ac. 3. p. 107. *Sp. I - S. XII. n.* 2. *Eu. acul. nuda quadraangularis.* H. cliff. p. 196. n. 2. Roy. lugdb. 194. .... *5angularis.* H. ups. p. 138. n. 1. Tithymalus aizoides fruticosus canariensis apbyllus quadrangularis et quinquangularis, spinis geminis aduncis atronitentibus armatus. Comm. hort. 2. p. 207. t. 104. Tithymulus aizoides lactifluus s. Euph. canariensis quadri - et quinquelaters, cerei effigie etc. Pluk. alm. 370. t. 320. f. 2. Habitat in Canariis. ♄. [*Am. ac., Sp. I. II.*]

„Flos infra par aculeorum, sessilis, utrinque bractea breviore ovata concava viridi. Calyx clausus lariniis 5, conniventibus, purpureis. Petala 5, extra calycem posita, obscure purpurea, sessilia, carnosa, integra, obtusissima." *M u a t. II. p.* 392.

„Caulis rectus, integer, 4angularis, *a a t 5 a a g u l a r i s* (*Am. ac.*): angulis compresso - planis, spinis duabus oppositis armatus. Folia nulla." *Hort. cliff., Am. ac.*

H. c l i f f. s y n. Eu - m 4- et 5gonum, spinis geminis aduncis munitum. Isn. act. 1720. p. 500., E - m 4- et 5gon. spinosum canariense Boerh. lugdb. 1. p. 258., Comm. l. c. *et* prael. 20. Raj. spp. 429., Pluk. l. c.; — *l. n a t.* forte in ins. Canar., unde nomen.

H. a p s. s y n. Comm. Plak. ll. cc., *l. n a t. id.*

3485. **E. heptagona** *Sp. I.*: Eu. aculeata nuda septemangularis: spinis solitariis subulatis floriferis. H. cliff. p. 196. n. 4. Roy. lugdb. 194. Diss. euph. n. 6. in Am. ac. 3. p. 108 - 9. *Sp. I - S. XII.* n. 3. Euphorbium heptagonum, spinis longissimis in apice frugiferis. Boerh. lugdb. 1. p. 258. t. 258. — *Eu - m capense, spinis longis simplicibus. Bradl. succ.* 2. *p.* 4. *t.* 13. (*Sp. II.*) — Habitat - - - (*in Africa Am. ac., in Aethiopia Sp. II.*). ♄. [*Am. ac., Sp. I. II.*]

„Caulis heptagonus, obtusus, hinc inde ramosus. Aculei setacei, rigidi, solitarii, longitudinaliter ex anguli singuli dorso ciliatim prodeuntes. Flores ex apice aculei interdum prodeunt, sed solitarii, modo sine pari." *Hart. cliff., Am. ac.*

„Crescendi locum nat. non addidit inventor cl. Boerh.: americanum dicunt." *H. cliff. (cum syn.* Boerh. l. c., E - m 7gonum horrib. ex aculeorum apice prodeuntibus, Isn. act. 1720. p. 501.)

3486. **E. mammillaris** *Sp. I.*: Eu. aculeata nuda: angulis tuberosis spinis interstinctis. Diss. euph. n. 5. in Am. ac. 3. p. 108. *Sp. I - S. XII. n.* 4. Euphorbium polygonum, aculeis longioribus ex tuberculorum internodiis prodeuntibus. Isn. act. 1720. p. 386. Tithymalus aizoides africanus, validissimis spinis ex tuberculorum internodiis provenientibus. Comm. prael. 59. t. 9. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Am. ac., Sp. I. II.*]

„Differt ab E. *h e p t a g o n a* angulis duplicatis torulosis; spinae solitariae inter singula tubercula longitudinaliter digesta. Flores non vidi; an ex spinarum apice, ut *h e p t a g o n a e*?" *Sp. I. II.*

3811. **C. palustre** *Sp. I - S. XII.* n. 1. *Fl. suec. II.* n. 463. Comarum Fl. lapp. n. 214. Fl. anac. I. n. 422. H. cliff. p. 195. Roy. lugdb. 276. Hall. helv. 337. Quinquefolium palustre rubrum Bauh. pin. 325. Pentaphyllum palustre Cord. hist. 95. Habitat in Europae uliginosis. 4. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Pentaphylloides palustre rubrum Tourn. inst. 298. Boerh. lugdb. 1. p. 40., Pentaphyllon s. potius Heptaph. fl. rubro, Bauh. hist. 2. p. 398. c., P. s. Heptaph. majus rectum rubrum palustre Moris. hist. 2. p. 169. s. 2. t. 19. f. 4., P. s. Qu. rubrum Dalech. hist. 1264., Bauh. pin. l. c.; — *l. nat. speciatior.* — *Obs.:* „Africanus plantas e sola facie ab aliis digoscere, ad max. partem facile est; attamen si hanc non in Europa nascentem ubique legissem, Africanam dicerem, cum tota physiognomia Afram referat."

Fl. lapp. syn. C. Bauh. Tourn. ll. cc., Frank. spec. 28., Pentaph. aquaticum Rudb. cat. 32. hort. 85. .... repens Till. ab. 53., P. palustre fl. rubello Lind. wika. 28.; — *var. α.:* P-oides palustre rubrum, crassis et villosis foliis, suecicum et hybernicum. Pluk. alm. 284. phyt. 212. f. 2. — *Add. obs. γ.:* „Var. ista α. rarius observatur et plane non differt a naturali planta, praeterquam quod folia villosa sint; quae tamen hirsuties anno demum insequenti et foliis per hyemem destructis exsiccatisque praecipue observatur."

Fl. S. syn. Bauh. pin. l. c. *(et* Roy. Hall, Tourn. Rudb. Till. Frank. ll. cc., *in ed. I.)*; — *var. β. cum syn.* Pluk. l. c. *et* Raj. syn. 3. p. 256.

DCXCIX. **CALYCANTHUS** *S. X.:* Cal. 1phyllus, urceolatus, *aquarrosus (squamosus S. X.)* foliolis soloratis. Cor. *salycina (nulla S. X.).* Styli plurimi stigmate glandnloso. Sem. plurima, caudata, intra calysem musculantum. *S. X.* p. 1066. n. 0., *XII. XIII.* n. 639.

Calycanthus. Beureria Ehret. Bütneria Du Hamel. Basteria Miller. — Cal. Perianth. 1phyllum, urceolatum, squarrosum: foliolis coloratis, lanceolatis: superioribus sensim majoribus, petala mentientibus. — Cor. nulla, praeter calycina foliola petala mentientia. — Stam. Filam. numerosa, subulata, calycis collo inserta. Anth. oblongae, sulcatae, *filamentorum apici adnatae (G. VI.).* — Pist. Germina plurima, *dissimilia in Stylos subulatos, compressus, longit. staminum. Stigm. nuda.* (Styli vix ulli. Stigm. obtusa, glandulosa. *S. X.*) — Per. nullum. Calyx incrassatus, obovatus, baccatus. — Sem. plurima, caudata.

[*S. X. app.* p. 1371. n. 1144., ✻ *G. VI.* n. 639.]

3812. **C. floridus** *S. X.* n. A.: C. petalis interioribus longioribus. *Sp. II. S. XII.* n. 1. Bütneria anemones flore. Duham. arb. 1. p. 114. t. 45. Basteria foliis ovatis acuminatis, caule fruticoso. Mill. dict. t. 60. Beureria petalis coriaceis oblongis, calycis foliolis reflexis. Ehret. pict. t. 13. Frutex corni foliis, floribus instar anemones stellatae, petalis crassis rigidis colore sordide rubente, cortice aromatico. Catesb. car. 1. p. 46. t. 46. Habitat in Carolina. ♄. [*Sp. II.*]

„Catesbaeus primus in hortos Europaeorum introduxit." *Mant. II.* p. 401. *(et S. XIII.)*

„Dicta fuit sub eodem fere tempore diversis nominibus: Beureria ab Ehretio, Butneria a Duham., Basteria a Millero." *S. X.* p. 1066. *(cum syn. iisdem et:* Kaempf. amoen. 879.: *vid. sq.)*

3813. **C. praecox** *Sp. II.:* C. petalis interioribus minutis. *Sp. II. S. XII.* n. 2. Abai s. Robai Kaempf. amoen. 878. t. 879. Habitat in Japonia. ♄. — Ignota mihi; videtur praecedentis generis, sed diversae speciei, quod floreat ante folia, quodque petala interiora lutea minora flori adscribantur. [†. *Sp. II.*]

CLASSIS XIII. POLYANDRIA.

„*Stamina multa receptaculo adnata.*" *S. l.*

MONOGYNIA *).

1. * Monopetali.

DCC. Maregravia: Cal. 6phyllus, imbricatus. Cor. 1petala, clausa. Bacca *multilocularis, multivalvis (unilocul. S. X.).*

2. * Tripetali *(S. XIII.).*

DCCI. Trilix (S. XIII.): *Cal.* 3*phyllus. Bacca* 5*locularis, polysperma.*

*) *Obs. Conspectus hic, praeter indicata, congruus est in S. X. XII. XIII.*

Ord. 1. subdivisus est in S. I. in: α. calyce caduco, β. persistente, γ. tabescente; — *in S. II. et Meth. sex. in* 1. stylis stigmate depresso brevioribus, 2. stigmate longioribus; — *in S. VI. in:* a. Styles fere nullus, b. elongatus.

3. * Tetrapetali.

DCCII. Rheedia: Cal. nullus. Bacca 3sperma. [*Item: S. X. p.* 1353. *append.*]
DCCVII. Mammea: Cal. 2phyllus. Bacca 1locularis. Sem. callosa.
DCCVIII. Papaver: Cal. 2phyllus. Capsula 1locularis, coronata.
DCCVII. Chelidonium: Cal. 2phyllus. Siliqua.
DCCIII. Capparis: Cal. 4phyllus. Bacca pedicellata, corticosa.
DCCIV. Antana: Cal. 4phyllus. Bacca 1locularis. Sem. gemino ordine.
DCCX. Cambogia: Cal. 4phyllus. Bacca 8sperma, 8angularis.
DCCXX. Calophyllum: Cal. 4phyllus. Drupa globosa. Nucleus subglobosus.
DCCXIX. Grias: Cal. 4fidus. Drupa 1sperma. Nucleus 8sulcatus.
DCCXXXI. Caryophyllus: Cal. superus. Bacca 1sperma, coronata.

4. * Pentapetali.

DCCXXVIII. Loasa (*Ø. S. X.*): Caps. semi-infera, 1locularis, semitrivalvis, polysperma.
DCCXXVII. Menziesia: Caps. infera, 1locularis, 3valvis, polysperma. (*S. XII. sq.* — *Siliqua infera! S. X.*)
DCCXXVI. Vataria: Caps. 1locularis, 3valvis, 1sperma.
DCCXV. Sloanea: Caps. echinata, intus baccata. Stam. exteriora sterilia, foliacea.
DCCXXXII. Cistus: Caps. subrotunda. Calycis 5phylli foliola 2 minora.
DCCXXXIV. Corchorus: Caps. sub-5locularis. Cal. 5phyllus, longitudine corollae, deciduus.
DCCXII. Sarracenia: Caps. 5locularis. Stigma clypeatum. Cal. exterior 3phyllus, super. 5phyllus.
DCCXXI. Tilia: Caps. 5locularis, coriacea, 1sperma. Cal. decidaus.
DCCXVIII. Ochna: Baccae 5 in receptaculo carnoso. Petala unguibus elongatis.
DCCXI. Muntingia: Bacca 5-(*ani- S. X.*)locularis, umbilicata. Cal. 5partitus, *persistens* (*S. X.*).
DCCXXIII. Elaeocarpus: Drupa nucleo crispo. Petala lacera.
Anom. Delphinium Consolida, *Ajacis*, *Aconiti* (*Ø. S. X.*).

5. * Hexapetali.

DCCIX. Argemone: Cal. 3phyllus. Caps. 1locularis, semivalvis.
DCCXXIX. Lagerstroemia: Cal. 6fidus. Stam. 6 exteriora majora. Cor. crispa.
DCCXXX. Theа: Cal. 5-s. 6phyllus. Petala 6-s. 9. Caps. 3locularis. Sem. solitaria. [*Cal. 6partitus. Caps. 3loc. 1sperma. S. X.*]
DCCXXIV. Lecythis: Cal. 6phyllus, *imbricatus* (*S. X.*). Stam. nectario lingulato connata. *Caps. circumscissa* (*Ø. S. X.*).

6. * Octopetali.

DCCV. Saxifraga: Cal. 2phyllus. Caps. 2valvis, polysperma.

7. * Enneapetali.

DCCVI. Podophyllum: Cal. 3phyllus. *Bacca* (*Capsula S. X.*) 1locularis, coronata.
Anom. Thea (*S. XII. sq.*).

8. * Decapetala.

DCCXIV. Bixa: Cal. 5dentatus. Cor. 5petala, duplex. Caps. 2valvis.

9. * Polypetali.

DCCXIII. Nymphaea: Bacca multilocularis, corticosa. Cal. magnus.

10. * Apetali.

DCCXVI. Trewia: Cal. 3phyllus. Peric. 3coccum. [*Apetala. Cal. 3phyllus superus. Caps. 3locul. S. X. p.* 1353. *append.*]
DCCXXXIII. Prockia: Cal. 3phyllus. Peric. 5loculare.
DCCXXII. Lactia: Cal. 5phyllus. Peric. 1loculare, 3valve, polyspermum.
DCCXXXV. Segnieria: Cal. 5phyllus. *Peric.* (*Capsula S. X.*) 1spermum, alatum, *basi tribus aliis* (*S. X.*).
DCCXXV. Delimna: Cal. 5phyllus. Peric. 2valve, 2spermum.
Anom. huc Asarum, Gethyllis, in S. VI.

DIGYNIA.

DCCXXXIX. Calligonum: Cal. 5phyllus. Cor. nulla. Peric. echinato-uncinatum.
DCCXXVIII. Fothergilla (*S. XIII.*): *Cal. integerrimus. Cor. nulla. Caps. 2locularis. Sem. bina.*
DCCXXXVII. Caratella: Cal. 5phyllus. Cor. 4petala. Caps. 2partita, 2sperma.
DCCXXXVI. Paeonia: Cal. 5phyllus. Cor. 5petala. Caps. polysperma. Sem. colorata.

TRIGYNIA.

DCCXL. Delphinium: Cal. nullus. Cor. 5petala: supremo cornuto. Nectar. 2fidum, sessile.
DCCXLI. Aconitum: Cal. nullus. Cor. 5petala: supremo galeato. Nectar. 2, pedicellata.
Anom. Reseda Luteola (*S. XII. sq.*). *Corchorus* (*S. XIII.*).

TETRAGYNIA.

DCCXLIV. Cimicifuga (*Ø. S. X.*): *Cal. 4phyllus. Cor. nectariis 4, arcolatis. Caps. 4. Sem. squamosa.* [Cal. 5ph. Cor. 0. ♂: Stam. 20. ♀: Stam. steril. Caps. 4-7, polyspermae. *S. XII. p.* 645., *sub el. XXII.* 12.]
DCCXLII. Tetracera: Cal. 6phyllus. Caps. 4, monospermae.
DCCXLIII. Caryocar (*S. XIII.*): *Cal. 5partitus. Cor. 5petala. Drupa nucleis 4.*
Anom. huc Reseda, Mesembryanthemum, in Meth. sex. S. II.

PENTAGYNIA.

DCCXLV. Aquilegia: Cal. nullus. Cor. 5petala. Nectaria 5, inferne cornuta.
DCCXLVI. Nigella: Cal. nullus. Cor. 5petala. Nectaria 8, superne 2labiata.
DCCXLVII. Reaumuria: Cal. 5phyllus. Cor. 5petala: *nectariis* 10, *adnatis, ciliatis* (*Ø. S. X.*). Caps. 5-(1-*S. X.*) locularis, polysperma.

Anom. Aconitum Anthora, *variegatum* (*S. XII. sq.*). Paeonia (*Meth. sex., S. II.*). *Hypericum Ascyram* (*S. I.*).

HEXAGYNIA.

DCCXLVIII. Strutiolae: Cal. 3partitus. Cor. 3petala. Bacca 6locularis intra spatham.

POLYGYNIA.

DCCLXVI. Hydrastis: Cal. nullus. Cor. 3petala. Bacca composita acinis 1spermis.
DCCLVII. Artagene: Cal. nullus. Cor. 4petala major: interius polypetala. Sem. plurima, aristata. [*Cal. 4phyllus. Cor. 12petala. Sem. plurima caudata. S. X.*]
DCCLVIII. Clematis: Cal. nullus. Cor. 4petala. Sem. plurima, *aristata* (*aristis pilosa. S. X.*).
DCCLIX. Thalictrum: Cal. nullus. Cor. 4-*ad* 5-(*S. XII. sq.*) petala. Sem. plurima, submutica, nuda.
DCCLXIII. Isopyrum: Cal. nullus. Cor. 5petala, decidua. Nectaria 5. Capsulae, *polyspermae* (*Ø. S. X.*).
DCCLXIV. Helleborus: Cal. nullus. Cor. 5petala, persistens. Nectaria plura. Capsulae, *polyspermae* (*Ø. S. X.*).
DCCLXV. Caltha: Cal. nullus. Cor. 5petala. Caps. plurimae. Nectaria nulla.
DCCLVI. Anemone: Cal. nullus. Cor. 6petala. Sem. plurima.
DCCLIII. Michelia: Cal. truncatus. Cor. 8petala. Baccae 4spermae, glomeratae.
DCCLXII. Trollius: Cal. nullus. Cor. 14petala. *Nectaria linearia* (*Ø. S. X.*). *Caps. polyspermae* (*Caps. 12spermae plurimae. S. X.*).
DCCLIV. Uvaria: Cal. 3phyllus. Cor. 6petala. Baccae polyspermae, recept. longo affixae.
DCCLV. Annona: Cal 3phyllus. Cor. 6petala. Bacca cortice imbricato, polysperma.
DCCLI. Liriodendrum: Cal. 3phyllus. Cor. 6petala. Sem. plurima, lanceolata, imbricata.
DCCLII. Magnolia: Cal. 3phyllus. Cor. 9petala. Caps. glomeratae, 2valv. Sem. pendula.
DCCXLIX. Dillenia: Cal. 5phyllus. Cor. 5petala. Caps. plures connatae: recept. carnoso.
DCCLXI. Ranunculus: Cal. 5phyllus. Cor. 5petala. Sem. plurima. Petala ungua nectarifero.
DCCL. Illicium: *Cal. 6phyllus. Pet.* 27. *Caps. 1spermae in orbem.* [Cor. 8petala. Cal. 4phyllus. Caps. 8, 1sp. Nectaria 8, subulata. *S. X. p.* 1042. *et XII. p.* 324. *sub cl. XI.* 8*gyn.*]
DCCLX. Adonis: Cal. 5phyllus. Cor. 5-s. 10petala. Sem. plurima, angulata, corticata.

Anom. Phytolacca icosandra. Nigellae omnes. — *Mesembryanth., Sempervivum, sec. Meth. sex. S. II.*

ORDO I. MONOGYNIA.

DCC. **MARCGRAVIA** *G. I. app.*: Cor. 1petala, *calyptriformis* (*S. XII. sq.*). Cal. 6phyllus, imbricatus. Bacca *uni-* (*multi-S. XII. sq.*) locularia, polyasperma. *S. VI. n.*507., *X.* 564., *XII. XIII.* 640.

Marcgravia Plum. 29. Jacq. — Cal. Perianth. 6phyllum, imbricatum, persistens: foliolis subrotundis, concavis; extimis duobus majoribus. — Cor. 1pet. cocico-ov. integra, calyptrae instar clausa (*etc. et G. V.*) — Stam. (*ut G. V.*) — Pist. Germ. Styl. (*ut G. V.*) Stigma capitatum, persistens. — Per. Bacca coriacea, globosa, multilocularis, multivalvis. — Sem. numer. exig. oblonga, in pulpa molli nidulantia. [*Ø G. VI. n.* 640.]

Marcgravia Plum. 29. — Cal. *Perianth. squamis sex, per paria oppositio digestis, inferioribus minoribus.* [*Per. 1phyllum 5fidum minimum. G. I.*] — Cor. 1petala, conico-ovata, integra, undique clausa, discedens basi a *genitalibus dejecta* (*Ø. G. V.*), caduca. — Stam. Filamenta *plurimo* (12, *G. I.*), subulata, (*basi globosa G. I.*), brevia, patentia, *decidua* (*Ø. G. I.*). Antherae erectae, magnae, ovato-oblongae. — Pist. Germen ovatum. Stylus nullus. *Stigma obsoletum.* (*Stigmate* 6, *in stellam depressam posito, ovata. G. I.*) — Per. Bacca globosa, 1locularis. — Sem. oumerosa, oblulantia, exigua. [*G. I. opp. p.* 363. *n.* 910. *sub frogm. Plum.*, ※ *G. II. n.* 807., *V.* 564.]

„In media umbellae Carpora sessilia magna stupendae figurae, ringentia, monophylla, clavata, deorsum concava, versus basin aperta, antice labio acuto prominulo, petalo summo Aconiti similima, non sunt flores, sed vasa excretoria vel glandulae." *G. II. V.*

„Stamina 12 intra cal. 5fidum paradoxa nobis videntur in hoc genere, quod aliqualem cum Vitis affinitatem habere videtur." *G. I. app. l. c.*

*Obs. Primo sub Vagis (frogm. Plum.) exhibitum genus in G. I., Meth. sex. Recto loco inde a S. II. — Pluribus de structura, ex icone Plum. sibi mirabili visa, disserit L. in Closs. pl. p.*422., *q. cf.*

3814. M. umbellata *Sp. I-S. XII. n.* 1. — *Jacq. hist. t.* 96. (*Sp. II.*) — M. scandens, fructu radiatim posito. Plum. gen. 7. — *icon.* 173. *M. scandens, fol. caulinis subrotundis ad margines glandulatis, ramorum integris ovatis alternis distiche positis, flor. umbellatis terminalibus. Brown. jam.* 244. *t.* 26. (*S. X. Sp. II.*) — *Phillitidi scandanti affinis major, folio erasso subrotundo. Sloan. jam.* 15. *hist. 1. p.*74. *t.*28. *f.* 1. *mala.* (*Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. ħ. — Folia alterna, petiolata, ovato-lanceolata, integerrima. Umbella simplex pedunculis numerosis, in orbem positis, aequalibus, horizontaliter patentibus. Flores adscendentes, undi, corolla calyceque caducis. Discus umbellae constans glandulis nectariferis, sessilibus, saepius quinis, erectis, forma corollae ringentis galeae s. supremi petali Aconiti, ore umbitam respicientibus. [*Sp. I. II.*]

„Planta parasitica," *Mant. II. p.* 401., ... „repens." *S. XIII.*

„Receptaculum post casum floris integrum nec 5lobum." *Pl. anr. n.* 69. *in Am. ac. 8. p.* 257.

DCCI. **TRILIX** *Mant. II.*: Cor. 3*petala. Cal.* 3*phyllus. Bacca* 5*locularis, polysperma. S. XIII. p.*405. *n.*1313.

Trilix. Jacquinia Mutis. — Cal. Perianth. 3phyllum: foliolis ovatis, acutis, patentibus, planis, persistentibus. — Cor. Petala 3, lanceolata, acuta, calyce minora. — Stam. Filam. oumerosa, capillaria, longit. corollae. Anth. subrotundae, didymae, minutae. — Pist. Germen 5gonum. Stylus cylindricus, Stigma simplex. — Per. Bacca sub-5gona, 5locularis, calyce tecta. — Sem. oumerosa, subrotunda, minuta. [*Mant. II. p.* 153. *n.* 1313.]

3815. **T. lutea** *Mant. II. p.* 247. Jacquinia Motis mss. — Habitat Carthagenae Americes. ♄. — Frutex biorgyalis, ramosissimus. Rami teretes, scabriusculi. Fol. alterna, petiolata, subpeltata, cordato-ovata, serrata, acuminata, venosa, pubescentia. Petioli teretes, glabri. Flor. lateral (non a corolla sed ab antheris). Pedunc. plerumque terminales: pedicellis alternis, floris, teretibus, pubescentibus. [†. *Mant. II.*]

DCCII. **RHEEDIA** *G. I. app.:* Cor. 4petala. Cal. nullus. Bacca 3sperma. *S. X. app. p.* 1356. *n.* 1102. (*sub Incertis*), *XII. XIII. n.* 641.

Rabaota. Vanrheedia Plum. 18. — Cal. nullus. — Cor. Petala 4, obovata, concava, patentia. — Stam. *Filamenta plurima (Ø. G. I.),* ------ [*filiformia, corolla longiora. Auth. oblonga. Mant. I.*] — Pist. Germen globosum. Stylus - - - - [*cylindricus, longit. staminum. Stigma infundibuliforme. Mant. I.*] — Per. ovatum, parvum, succulentum, unilociulare. — Sem. 3, ovato-oblonga, characteribus notata, maxima. [*G. I. p.* 364. *n.* 912., *II. p.* 523. *n.* 1011., *V. p.* 499. *n.* 1102. (*omn. in app. frugm. Plum.*), *G. VI. n.* 641. — *Emend. Mant. I. app. p.* 141.]

Obs. „*Rheedea*" *G. I. II.* — *Ex Incertis huc in Sp. II. sq. Emendatius in Mant. I. S. XII.*

3816. **Rh. lateriflora** *Sp. I. app.* (*ine.*) p. 1193. *n.* 1., *S. X. app. l. c. n.* A., *Sp. II. S. XII. n.* 1. — Van-Rheedia folio subrotundo, fructu luteo. Plum. gen. 45. *icon.* t. 257. (*Sp. II.*) — Habitat in America. [†. *Sp. I. II.*]

„*Plantam equidem numquam vidi; certiorem locum indigitent auctoptae.* Folia opposita, petiolata, ovata, integerrima. Pedunculi laterales s. *axillares foliorum*, simplices, cuaferti (*numerosi Sp. I.*), aniflori. *Plum.*" *Sp. I. et* (*add. curs.*) *II.* — „Excludatur observatio in Sp. plant." *Mant. II.*

„Arbor ramis articulatis, compressis, laevibus, pubescentibus. Fol. oppos., petiolata, lanceolata, integerr., glabra: petiolis brevibus, pubescentibus. Pedunc. axillares, subterni, trifidi s. trifiori." *S. XII. XIII.*

DCCIII. **CAPPARIS** *S. I.:* Cal. 4phyllus, coriaceus. Petala 4. Stam. longa. *Bacca corticosa* (Caps. Intus carnosa *S. X.*), unilocularia, pedunculata. *S. X. n.* 567., *XII. XIII.* 643. — *Cor.* 4*pet. Cal.* 4*ph. Caps. carnosa, 1loc., polysperma. S. VI. p.* 111. *n.* 505.

Capparis Touref. 150. Breynia Plum. 11. — Cal. Perianth. 4partitum, coriaceum: foliolis ovatis, concavis, gibbis. — Cor. Petala 4, obtusa, patentia, maxima. — Stam. Filam. numerosa, filiformia, patula. Anth. oblongae, versatiles, inclinatae. — Pist. Germen pedicellatum. Stylus nullus. Stigma obtusum, sessile. — Per. Bacca carnosa, 1locularis, pedicellata. — Sem. numerosa, reniformia, nidulantia. — Obs. Fructus figura in diversis diversissima. [✻ *G. VI. n.* 643.]

Capparis Tourn. 139. — Cal. Perianth. 4phyllum: foliolis ovatis, concavis, gibbis. — Cor. Petala 4, subrotunda, emarginata, patentia, maxima. — Stam. Filam. numerosa, filif., longit. corollae. Anth. simplices. — Pist. Stylus filif., staminibus fere longior. Germen ovale. Stigma obtusum, sessile. — Per. Caps. carnosa, turbinata, 1locularis. — Sem. numerosa, reniformia, nidulantia. [✻ *G. I. n.* 437., *II.* 505., *V.* 507.]

Obs. Diversum ab hoc L. in G. I. tradidit Brayuius genus, sub cl. VIII. 1.; *sed ibid. Add. p.* 382. *illud ex nova descr.* (*Cyaaphallophori Plnk.*) *ad cl. XIII. translulit, ubi servatum a Meth. sex. usque ad S. X.*

„Breynia: Car. 4pet. Cal. 4partitus. Siliqua 1locularis clavata carnosa polysperma." *S. VI. p.* 111. *n.* 503.

„Barynia Plum. 16. — Cal. Perianth. 4partitum, coriaceum, patens: foliis ovatis. — Cor. Petala 4, ovata, calyce paulo majora, patentia. — Stam. Filam. numerosa plurima, capillaria, corolla longiora. Anth. erectae, oblongae. — Pist. Germen tenuissimum, clavatum, longissimum, obtusum. Stylus 0. Stigma obtusum. — Per. Siliqua longissima, *cluenta* (*Ø. G. I.*), carnosa, mollis, 2valvis, 1locularis. — Sem. plura, longitudinaliter disposita, reniformia, carnosa." *G. II. p.* 230. *n.* 503., *o. a., V. p.* 222. *n.* 506.

„Barynia Plum. 16. — Cal. Per. 1phyllum, minimum, 5dentatum, deciduum. Cor. Pet. 4, ov., utrinq. acuminata. Stam. Filam. 8, subulata, longit. corollae. Anth. subrotundae. Pist. Germ. *ut supra.* (Styl. Stigm. ♂.) Per. Sem. (*ut supra.*)" *G. I. p.* 113. *n.* 321., *sub cl. VIII. ord.* 1.

„Si Cyaophallophurus Plnk. sit, ut creditur, synonymum Breynias Plum., male eandem adambravit Plumier, cujus characterem dedi. Est enim Cynophallophoai Plnk.: Cal. Car. (*ut supra G. II. V.*) Stam. Fil. plurima, circa 24, (*etc. ut G. II. V.*) Pist. Stylus filiformis, longit. staminum. Germen ovato-oblongum. Stigma simplex. Per. Sem. ut supra. Obs. Capparis summa affinitate cum hoc genere juncta est, cui loco proxime accedat inter Calophyllum et Capparidem." *G. I.* (*Monenda*) *p.* 382.

3817. **C. spinosa** *Sp. I.:* C. pedunc. solitariis unifloris, stipulis spinosis, foliis annuis, capsulis ovalibus. *S. X. XII., Sp. II. n.* 1. C. aculeata. H. cliff. p. 203. n. 1. Mat. med. n. 259. Roy. logdb. 476. *Sp. I. n.* 1. — *Gron. orient.* 154. (*Sp. II.*) — C. spinosa, fructo minore, folio rotundo. Bauh. pin. 480. — *Var. β. Sp. I. II.:* C. folio acuto. Baub. pin. 480 C. sicula, duplicata spina, folio acoto. Bocc. sic. 79. t. 42. f. 3. — Habitat in Europae australis et *Orientis* (*Sp. II.*) ruderatis, *arenosis* (*Sp. I.*), *maris* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. excl. γ., II.*]

Obs. Var. γ. Sp. I. (*cum syn.* Fl. zeyl. n. 210.): *vide sp. sq.*

H. cliff. syn. C. spinosa et non spinosa Bauh. hist. 2. p. 63., Bauh. pin. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 70., Capparis Caesalp. syst. 480., C. retuso folio Lob. hist. 359. Dal. hist. 154. mala; — *var. α.* C. fol. acuta Baub. Lob. Dal. ll. cc., Bocc. l. c., Capparis Dod. pempt. 746.; — *l. unt.* In locis arenosis, ruderatis, maris, inter et super lapides, Romae, Senarum, Florentiae et alibi in Italia, semper in locis durissimis aridissimis. — *Obs.:* „Variat fol. ovatis acutis et obtuse emarginatis; variat spinis solitariis et geminatis ad exortum folii."

Mut. mad. syn. C. fol. ac. Bauh. pin., *l. ant.* Ital. Narb. mari.

3818. **C. zeylanica** *Sp. II.:* C. pedunc. solitariis unifloris, stipulis spinosis, foliis ovatis utrinque acutis. *Sp. II. S. XII. n.* 2. — *C. aculeis geminis, fol. ov. utrinq. acutis.* Fl. zeyl. n. 210. — C. spinosa *γ. Sp. I.* — C. zeylanica, duplicatis spinis, folio acuto. Pet. mus. 625. C. spinosa, foliis oblongis. Burm. zeyl. 53. Habitat in Zeylona. ♄. — Utrum haec distincta species aut etiam varietas praecedentis, dicant qui fructum obtineant. [*Sp. II.*]

„Parum recedit ab C. aculeata Hort. cliff. p. 203.; utrum vero specie sufficienter distincta sit, quamdiu fructus ignotus, difficile determinatur. Huic folia alterna, remota, obtusiuscula cum acumine, integerrima, in petiolos desinentia, subpetiolata. Aculei ad exortum petiolorum bini, acuti, recurvi. Pedunc. axillares, solitari, longiores." *Fl. zeyl.* (*cum syn. iisdem et* Herm. zeyl. 7.)

3819. **C. sepiaria** *S. X.:* C. peduoc. umbellatis *uniflo*ris (*S. X.*), stipulis spinosis, foliis annois, *S. X. n.* 1. A., ... *ovatis emarginatis. Sp. II. S. XII. n.* 3. Arboscula baccifera scandens spinosa, foliis buxi pallidioribus. Pluk. mant. 27. t. 338. f. 3. Habitat in India. ♄. — Rami teretes, lignosi. Spinae stipulares, geminae, recurvae, breves, nigrae. Folia subpetiolata, ovata, nuda, integerrima, emarginata. Umbellae terminales, simplices, multiflorae: pedunculo communi brevi. [*Sp. II.*]

3820. **C. frondosa** *Sp. II. app.:* C. pedunc. umbellatis, foliis passim confertis. *Sp. II. p.* 1674., *S. XII. n.* 11. Jacq. amer. 24. t. 104. Habitat in America. ♄. — Folia sunt lato-lanceolata. [*Sp. II. app.*]

3821. **C. ferruginea** *S. X.:* C. pedunc. umbellatis, foliis persistentibus lanceolatis subtus tomentosis, flor. octandris. *Sp. II. p.* 721-2. *S. XII. n.* 8. — *C. pedunc. multifloris teretibus, fol. lanc. subt. tom. alternis. S. X. n.* 2. B. — Amoen. acad. 5. p. 398. (*sine diagn.*) — Crataeva frnticosa, fol. singularibus oblongis utrinque acutis subtus quasi villosis, flar. octandris, racemis comosis alaribus. Brown. jam. 247. t. 28. f. 1. (*tab.* 27. *f.* 2. *S. X.*) Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„Rami ferruginei, scabriusculi. Folia lanceolata, petiolata, integerrima. Pedunc. umbellati. Umbella simplex. Germina obovata, stipiti insidentia." *Am. ac.*

3822. **C. Baducca** *Sp. I.:* C. pedunc. *uniflo*ris (subsolitariis *Sp. II.*), foliis *perennantibus* (persistentibus *Sp. II.*)

ovato-oblongis determinate confertis, *S. X. n.* 3., ... *nudis. Sp. II. S. XII. n.* 4. C. inermis, foliis ovato-oblongis per spatia confertis perennantibus. H. cliff. p. 204. n. 3. *Sp. I. p.* 504. *n.* 3. *t. c.* C. alia arborescens, lauri foliis, fructu oblongo ovato. Plum. spec. 7. *icon.* 73. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Breynia fruticosa, foliis singularibus oblongo-ovatis superne aitidis, siliquis minoribus teretibus aequalibus. Brown. jam. 246. t. 27. f. 2. Baducca Rheed. mal. 6. p. 105. t. 57. Raj. dendr. 1630. Habitat in Indiis. ♄. — Folia utrinque glabra, venis obsolete reticulata, imprimis subtus. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. H. cliff. Rheed. ll. cc., C. arborescens indica Baducca dicta Raj. hist. 1630., *t. aut.* in India. ♄.

H. cliff. syn. C. arborescens lauri foliis, fructu longissimo. Plum. spec. 7., C. americana arborescens lauri fol. etc. Tourn. inst. 26t.; — *aurr. a.* C. alia arb. (ntc.) Plum. spec. l. c., C. amer. arbor. (etc.) fr. subrotundo. Tourn. 665., — *β. cum syn.* Raj. hist. Rheed. ll. cc.; — *l. aut.* America et Malabar. — *Obs.* „Malaharica *β.* differt ab americanis petiolis paulo brevioribus. Folia in his alterna, sed valde conferta, petiolis longis annexa, 7 vel 10 simul, a quibus ramus nudus semipedalis, iterum ambiunt folia alterna, recurrit ramus nudus, etc."

3823. **C. Cynophallophora** *Sp. I? II.*: C. pedunc. multifloris terminalibus *angulatis* (*S. S. XII. sq.*), foliis *perennantibus ovalibus alternis emarginatis. S. X. n.* 2., ... *persistentibus ovalibus abtusis, Sp. II. a.* 5., ... *glandulis axillaribus. S. XII. XIII. a.* 5. (*t.a.*) — C. inermis, fol. ovat. alternis perennantibus. H. cliff. p. 204. n. 2. *Sp. I. p.* 504. *n.* 2. — *C. pedunc. multifloris, axillis glandulosis, fol. oblongis utrinque nitidis. Jacq. amer.* 158. *t.* 98. (*S. XII. sq.*) — C. arborescens, lauri foliis, fructu longissimo. Plum. spec. 7. *icon.* 73. *f.* 1. *Breynia fraticosa, fol. obl. abtusis. Brown. jam.* 246. *t.* 27. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Cynophallophorus s. Penis caninus caribaeorum arbor, fol. subrotundis clavos pulpiferos phalloides pro siliquis gerens. Pluk. alm. 126. t. 172. f. 4. Acaciae affinis arbor siliquosa, folio subrotundo singulari, flore staminco albido, siliqua tereti ventricosa interiore tunica mucosa miniata. Sloan. jam. 153. hist. 2. p. 59. Raj. dendr. 102. — Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. II.*]

Obs. Sp. I. syn. 0, *l. aut.* America. ♄. — *Cf. huc supra. Cynophallophorus G. I, Breynia G. II. V., sub char. generis.* — [*Species criticae sunt n.* 3823, 26-29., *de quibus decidant Eruditi. R.*]

„Fructus siliquosus bivalvis." *Mant. II. p.* 401. *S. XIII.*

„Arborea est planta. Fol. oblongo-ovalia, fere obtusa, margine integerrimo parum deflexo, superficie supina glabra, nitida, sulco longitudinali secundum nervum, prona vero pallida vel argenteo-grisea, quasi obsolete punctata. Ramorum apex in paniculam floriferam desinit; rami teretes, at angulosi, evadunt versus paniculam, et paniculae ipsius rami anguloši. Calyx et cor. quadripartita, ut in congeneribus, foliolis ovatis, aequalibus, subtus colore floris Elaeagni. Stam. longissima purpurascentia; germen ovato-oblongum apici styli insidens. Plukenatiana figura differi a nostra planta quod flores solitarios ex alis foliorum ferat. An haec Breynia Plumieri?" *H. cliff. (cum syn. Pluk.)*

3824. **C. pulcherrima** *Sp. II. app.*: C. pedunc. racemosis, foliis oblongis abtusis, fruct. baccatis. *Sp. II. p.* 1674., *S. XII.* n. 12. Jacq. amer. 24. t. 106. Habitat in America. ♄. — Baccae subrotundae sunt. [*Sp. II. app.*]

3825. **C. linearis** *Sp. II. app.*: C. pedunc. subracemosis, foliis linearibus. *Sp. II. p.* 1674. *S. XII. p.* 369. *n.* 13. Jacq. amer. 24. t. 102. Habitat in America. ♄. [*Sp. II. app.*]

3826. **C. Breynia** *S. X.*: C. pedunc. racemosis, fol. persistentibus oblongis, pedunculis calycibusque tomentosis, flor. octandris. *Sp. II. S. XII. n.* 7. — *C. pedunc. trifloris, fol. lanc., petiolis toment., fl. 8andris. S. X. n.* 2 D, — Jacq. hist. t. 103. Breynia (Indica *Sp. I.*) fol. oblongo-ovalibus. Roy. lugdb. 476. Sp. pl. I. p. 503. n. 1. Breyoia claeagni foliis. Plum. gen. 40. Breyn. ic. 13. c. fig. Breyniae affinis arbor octandra. Loefl. It. p. 207. descr. — Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. Plum. Breyn. ll. cc., Caretoniae affinis arbor siliquosa, oleae folio, fl. 4petalo albido, siliqua tereti ventricosa. Sloan. jam. 153. hist. 2. p. 60. Raj. dendr. 100.; *l. aut.* in America calidiore. ♄. — *S. X. syn.* Sp. pl. I., Loefl., ll. cc.

„Arbor mediocris superna ramosa, ramis teretibus glabriusculis, novellis vera subangulatis subcompressis tomentoso-incanis. Fol. alterna, oblonga, supra glabriuscula, lacana, firma, geniculata. Petioli tomentosi, teretes, longit. tertiae partis unciae. Fl. racemosi terminalus alibi, calyce tomentoso. Cal. Perianth. 4partitum, lacin. linearibus, corolla paulo brevioribas, basi crassioribus, sinubus obtusissimis; persistens. Cor. 4petala, basi fere connata, sub-4angularis: foliolis lineari-ovatis, erectis, apice patulis, planis, intus pubescentibus. Stam. Filam. 8, subulata, corolla sesquilongiora. Anth. lineares. Pist. Germ. ovatum, striatum, columna filiformi staminibus langiore elevatum. Stylus 0. Stigma planum, obtusum. Fructum non vidi. Facie ad Breynium Sp. I. p. 503, accedit, ab illis tamen ceterisque Ord. aut. XXXI. [*i. e. Putamicarum G. VI. R.*] staminibus 8 ad corollam proportionalibus distinguitur, dum reliquae 15-70 gaudent. A Breynia praecise calyce simplici nec duplici, at et cor. erecta, petalis linearibus, differt. Hispanis Palo de venadu, h. e. ligoum cervi. Habitat juxta Purney missionem Pirituensium." *Lasfl. l.c.*

3827. **C. hastata** *Sp. II.*: C. pedunc. moltifloris, foliis hastato-lanceolatis nitidis. *Sp. II. p.* 722. *S. XII. a.* 10. Jacq. amer. 23. t. 174. f. 56. Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

„Fructus siliquosus bivalvis." *Mant. II. S. XIII.*

3828. **C. flexuosa** *Sp. II.*: C. pedunc. congestis terminalibus, foliis persistentibus oblongis obtusis glabris, ramis flexuosis. *Sp. II. S. XII. n.* 9. — Morisona flexuosa *Diss. pug. jam. n.* 49. *in* Amoen. acad. 5. p. 398. — Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„Morisonia flexuosa (an americana?). Folia similima Capparidi Breyniae, sed angustiora, notantia, coriacea, petiolata. Rami teretes, flexuosi. Pedunc. multiflori, breves, teretes. Pedicelli basi inarticulati. Stipes fructus longissimus s. longitudine foliorum." *Am. ac.* — [*Obs. Species ♂. in S.X. R.*]

3829. **C. siliquosa** *S. X.*: C. pedunculis *uniflori* (*multifloris S. XII. sq.*) compressis, foliis *persistentibus* (*♂. S. X.*) *lanceolato-oblongis* (*ovato-lanc. S. X.*) acuminatis subtus punctatis. *S. X. n.* 2. C., *Sp. II. p.* 721. *S. XII. n.* 6. Breynia arborescens, foliis ovatis utrinque acuminatis, siliqua torosa longissima. *Brown. jam.* 247. *Planta forte Pluk. phyt.* 327. *f.* 6. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Jamaica. ♄. — Simillima praecedenti [*n.* 3823.]. Folia supra nitida, subtus pulvere ferrugineo adsperso, valde acuminata. [*Sp. II.*]

DCCIV. **ACTAEA** *S. I.*: Cor. 4petala. Cal. 4phyllus. Bacca 1locularis. Sem. semiorbiculata. *S. VI. n.* 499., *X.* 568., *XII.* 644.

Actaea. Christophoriana Tournef, 154. — Cal. Perianth. *sputhaceum* (*G. I. II.*), 4phyllum: foliolis subrotundis, obtusis, concavis, caducis. — Cor. Petala quatuor, *quadrangulo-* (*G. I, II.*) utrinque acuminata, calyce majora, caduca. — Stam. Filamenta plurima, (triginta saapius), capillaria, superne latiora. Antherae subrotundae, didymae, erectae. — Pist. Germen ovatum. Stylus nullus. Stigma crassiusculum, obliquae depressum. — Pun. Bacca ovali-globosa, glabra, unisulca, unilocularis. — Sem. plurima, semicircularia, introrsum truncata, gemino ordine incumbentia. [*♂ G. I. n.* 427., *II.* 499., *V.* 568., *VI.* 644.]

„A. racemosa fructu coriaceo nec pulposo est; A. cimicifuga [*n.* 3962.] 4capsularis, Clamatidi affinis videtur." *G. V. VI.*

Obs. S. I. syn. Tourn. — *Plura de gen. cf. Pract. ad Gis. p.* 382. *De nom. gen. cf. Fl. lapp. obs. β.* — *Cf. Cimicifuga S. XII.: n.* DCCXLIV.

3830. **A. spicata** *Sp. I.*: A. racemo ovato, fruct. baccatis. *Sp. I-S. XII. n.* 1. *Fl. suec. II. n.* 462. Actaea. H. cliff. p. 202. Fl. suec. I. n. 431. H. ups. p. 138. Roy. lugdb. 480. Dalib. paris. 152. — *Oed. dan.* 498. (*S. XIII.*) — A. caule inermi. Fl. lapp. n. 217. — (*Var. α.*) nigra *Sp. I.*: Acoitum bacciferum Bauh. pin. 183. Christophoriana Cins. hist. 2. p. 86. — *Var. β.* alba *Sp. I.*: Aconitum baccis niveis. Corn. canad. 76. t. 77. Christophoriana americana racemosa, baccis niveis et rubris. Moris. hist. 2. p. 8. s. 1. t. 2. f. 7. *Actoea racema ovato, fruct. niveis, rad. tuberosa. Mill. dict.* (*♂. Sp. I.*) — Habitat in nemoribus Europae; *β.* Americae. ♃. — Petala rhombea, plano-membranacea. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Clus. l. c. *et* Dod. pempt. 402., Christoph. vulgario nostras racemosa et ramosa Moris. hist. 2. p. 8. s. 1. t. 2. f. 2. Boerh. lugdb. 2. p. 62., Aconitum racemosum, Actaea qbadm. Bauh. hist. 2. p. 660., Bauh. pin. l. c., Napellus racemosus dodonaei Dalech. hist. 1747., Barba cupri Caesalp. ayet. 217.; — *var. α. cum syn. Moris. Corn. (ad β. Sp. pl.) cc.*; — *l. nat.* ad praecipitia succulente umbrosa et nemorosa montium, solo pinguissimo, in Suecia, Germ., Austr.; at var. α. in Amer. septr.

Fl. lapp. syn. Christoph. (etc.) Tourn. inst. 299. Till. ic. 148., C. Bauh. l. c., Ac. racem. baciferum Frank. spec. 2., Ac. baccif. etc. Rudb. hort. 3. Till. ab. 2.

Fl. suec. syn. Clus., Till. ic., C. Bauh., Dalech., ll. cc. (*et* Roy. Tourn. Frank. Rudb. Till. ab. ll. cc. *in ed. I.*)

H. upsal. l. c. solo var. β. (cum syn. Mor. Corn. ll. cc.) — *Plura de hac* [*A. brachypetala Dec.*], *quasi hybrida ex α. et Rhoëa Toxicod., cf. Am. ac. 3. p. 42.* — *R.*

„Baccae venenatae sunt." *Fl. S. II. (Fusus: Fl. lapp. obs. γ.)*

3831. **A. racemosa** *Sp. I.*: A. racemis longissimis, *fruct. unicapsularibus. Sp. I. II. S. X. n. 2., ... fruct. aiccis. S. XII. XIII. n. 2.* A. racemis longissimis. Gron. virg. 59. Mat. med. n. 253. Christophoriana americana procerior et longius spicata. Dill. elth. 79. t. 67. f. 78. Christophorianae facie herba spicata. Pluk. amalth. 64. t. 383. f. 3. Habitat in Florida, Virginia, Canada. ♃. — Petala crassa, gibba, minima, pedicellata, acumine setaceo acuminata, calycis foliolis plura. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Gron., *l. nat.* Virg. Noveboracum. ♃.

DCCV. **SANGUINARIA** *Dill., S. I.*: Cor. 8petala. Cal. 2phyllus. Siliqua ovata, 1loc ularis. *S. VI. n.* 497., *X.* 570., *XII.* 645.

Sanguinaria Dill. elth. 232. — Cal. Perianth. (*Spatha G. I. II.*) diphyllum, ovatum, concavum, corolla brevius, caducum. — Cor. Petala octo, oblonga, obtusa, patentissima: alterne interiora, angustiora. — Stam. Filamenta plurima, simplicia, corolla breviora. Antherae simplices. — Pist. Germen oblongum, compressum. Stylus nullus. Stigma crassiusculum, bisulcatum stria, altitudine staminum, persistens. — Per. Capsula oblonga, ventricosa, utrinque acuta, bivalvis. — Sem. plurima, rotunda, acuminata. [※ *G. I. n.* 425., *II.* 497., *V.* 570., ※ *VI.* 645.]

Obs. S. I. signum [* *i. e. ex autt.*]

3832. **S. canadensis** *Sp. I - S. XII. n. 1.* Sanguinaria. H. cliff. p. 202. Gron. virg. 57. S. minor, fl. simplici. Dill. elth. 335. t. 252. f. 326. Chelidonium majus canadense acaulon Corn. canad. 212. Moris. hist. 2. p. 257. s. 3. t. 11. f. 1. Raj. hist. 1887. *Ranunculus virginiensis albus Park. theatr.* 327. *Raj. suppl.* 314. (*Sp. II.*) — *Var. β. Sp. I.*: S. major, flore simplici. Dill. elth. 335. t. 252. f. 325. — *Var. γ. Sp. I.*: S. major, fl. pleno. Dill. elth. 335. t. 252. f. 326. — Habitat in America septentrionali. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Foliam radicale tenerrime in sinu fovet et amplectitur infantiam floris, more Oemaudeae Lunariae, et est folium unicum cuculiatum et scapus uniflorus e singula gemma radicis bivalvi. Stamina meae vix habuere antheras polliniferas; an dioica? Lactescens succo fulvo Chelidonii." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Dill. Corn. Moris. Raj. ll. cc. *et* Toorn. inst. 231. Boerh. lugdb. 1. p. 305., Papaver corniculatum s. Chelid. humile, caulículo nudo, fl. albo stellato. Pluk. alm. 280.; — *var. α. β. ut β. γ. Sp. pl.*: — *l. nat.* Marilandia, Pensylvania, Nova anglia, Canada, Virginia, Carolina. — *Obs.*: „Haec pl. habet plurima cum Podophylla communia, at si Argemone et Chelidonium debeant ob florem conjungi cum Papaveribus, certe et haec debeat cum Podophyllo."

DCCVI. **PODOPHYLLUM** *S. I.*: Cor. 9petala. Cal. 3phyllus. *Capsula* (*Bacca S. XII. sq.*) unilocularis, *coronata stigmate. S. XII. XIII. n.* 646., ... *ovata. S. VI. n.* 498., *X.* 571.

Podophyllum Tournef. 123. — Cal. Perianth. (*spathiforme, G. V.*: *Spatha perianthiformis G. I. II.*) triphyllum, magnum, *caducum* (*G. V. VI.*), concavo-erectum: foliolis ovatis, concavis, deciduis. — Cor. Petala novem, orbiculata, concava, margine plicata, *calyce minora* (*G. G. VI.*). — Stam. Filamenta plurima, (*viginti saepe, G. I. II.*), brevissima. Antherae oblongae, magnae, *arcuatae* (*G. V. VI.*). — Pist. Germen subrotundum. Stylus nullus. Stigma obtusum, plicatum. — Per. *Capsula* (Bacca *G. VI.*) ovata, coronata stigmate, unilocularis. — Sem. plurima, subrotunda. Receptaculum liberum.

[※ *G. I. n.* 426., *II.* 498., *V.* 571., *VI.* 646.]

Obs. S. I. syn. Tourn. — *Cf. de nom. gen. H. cliff.*

3833. **P. peltatum** *Sp. I.*: P. foliis peltatis *palmatis. Sp. II. n. 1., ... lobatis. Sp. I. S. X. XII. n. 1.* Podophyllum H. cliff. p. 202. H. ups. p. 137. Gron. virg. 57. Roy. lugdb. 480. — *Trew. ehret. t. 29.* (*S. X. Sp. II.*) — Anapodophyllon canadense Catesb. car. 1. p. 24. t. 24. Aconitifolia humilis, fl. albo unico campanulato, fructu cynosbati. Mentz. pug. t. 11. — Habitat in America septentrionali. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Anap-n canad. morini Tourn. inst. 239. Cath. l. c. Boerh. lugdb. 2. p. 72., Dentaria monophyllos, Anap-n parisiensibus Moris. hist. 258., Nymphaeae congener alpina Pluk. alm. 267., Papaveri affinis montano aconitifolia etc. Herm. lugdb. 476., Herbae peris affinis bifolia, Pomum majale londinensibus Raj. hist. 671., Solano congener 1ph. aut 2phyllum, aconiti folio, fl. albo. Moris. hist. 3. p. 533., Ranunculi facie peregrina Jonecq. paris. 153., Mentz. l. c.; — *var. α.* Anap. canad. ricini folio. Tourn. inst. 665.; — *l. nat.* „ut Sanguinaria, in Canad. Virgin. Carolina etc."

H. ups. syn. eadem (excl. Boerh.) et Gron. l. c., *l. nat. idem.* ♃.

3834. **P. diphyllum** *Sp. I.*: P. foliis binatis semicordatis. *Sp. I - S. XII. n. 2.* — Habitat in Virginia. Collinson. ♃. — Folia radicalia, petiolata, binata at in Hymenaeo, glabra, integerrima, semicordata, absque pedicellis. Scapus radicalis, uniflorus, fructu antecedentis. Flos mihi non visus. [*Sp. I. II.*]

„An Scaguisriaa species? cum folium unicum binatum et scapus ephyllus radicalis et capsula oblonga. Flores non vidi; sub Podophylli specie miasum." *S. XII. XIII.*

DCCVII. **CHELIDONIUM** *T., S. I.*: Cor. 4petala. Cal. 2phyllus. Siliqua 1locularis, linearis. *S. VI. n.* 496., *X.* 572., *XII.* 647.

Chelidonium Tournef. 116. Glaucium Tournef. 130. — Cal. Perianth. (*Spatha G. I. II.*) diphyllum, subrotundum: foliolis subovatis, concavis, obtusis, caducis. — Cor. Petala quatuor, subrotunda, plana, patentia, magna, basi angustiora. — Stam. Filamenta plurima (triginta), plana, superne latiora, corolla breviora. Antherae oblongae, compressae, obtusae, erectae, didymae. — Pist. Germen cylindraceum, longit. staminum. Stylus nullus. Stigma capitatum, bifidum. — Per. Siliqua cylindracea, *unilocularis* (*G. G. VI.*), *sub-* (*G. VI.*) bivalvis. — Sem. plurima, ovata, cuneata, nitida. Receptac. lineare, inter valvulas suturae instar circumambiens, non debiscens.

[※ *G. I. n.* 424., *II.* 498., *V.* 577., *VI.* 647.]

„Pericarpio siliquoso e Papavere diversum. Chelidonium T. siliqua uniloculari, Glaucium T. siliqua bicapsulari, Ch. hybridum siliqua trivalvi est." *G. VI.*

Obs. S. I. syn. Tourn. utrumq.

3835. **Ch. majus** *Sp. I.*: Ch. pedunculis umbellatis. *Sp. I - S. XII. n. 1. Fl. suec. II. n.* 465. — *Oed. dan.* 542. (*S. XIII.*) — Ch. pedunc. multifloris. H. cliff. p. 201. n. 1. Fl. suec. I. n. 430. H. ups. p. 137. n. 1°. Mat. med. n. 252. Roy. lugdb. 478. Dalib. paris. 152. Ch. majus vulgare Bauh. pin. 144. Ch. majus Fuchs. hist. 866. — *Var. β. Sp. I.*: Ch. majus, foliis quernis. Bauh. pin. 144. Ch. maj. folio laciniato. Clus. hist. 2. p. 203. — Habitat in Europae ruderatis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Ch. majus (etc.) Dod. pempt. 48, Lob. hist. 440. Dalech. hist. 1250, Bauh. pin. l. c. Clus. hist. 2. p. 203. Moris. hist. 2. p. 257. s. 3. t. 11. f. 2. Boerh. lugdb. 1. p. 305., Caesalp. ayst. 260., Chelidonia Bauh. hist. 3. p. 492., Papaver corniculatum luteum, chelidonia dictum Raj. syn. 309. — *a ar. α. ut β. Sp. pl., add, syn.* Chelidonia *lol.* laciniato Bauh. hist. 3. p. 493., — *β.* Ch. maj., foliis et flore tenuissime laciniatis Moris. p. 258.; — *obs.*: „Singulares sunt intae varr. *α. β.*, quarum folia sunt palmato, licet in naturali planta pinnata sint."

Fl. S. syn. Bauh. utrq., Fuchs., ll. cc. (*et* Roy. Raj. ll. cc., Till. ic. 18., *in ed. I.*) — *Mat. med. syn.* C. Bauh. l. c.

H. ups. l. c. sola var. β. cum syn. C. Bauh. Clus. Moris. (*ad α. β. H. cliff. cc.*) *et obs.*: „Folia pinnata, sed foliola fere palmata; petala multifido-lacera."

3836. **Ch. Glaucium** *Sp. I.:* Ch. pedunc. unifloris, foliis ampiexicaulibus sinuatis, caulo glabro. *Sp. I - S. XII.* n. 2. — *Oed. dan.* 585. (*S. XIII.*) — Ch. glabrum, pedunc. unifl. H. ups. p. 137. n. 2. Roy. lugdb. 478. Dalib. paris. 152. Ch. pedunc. 1floris. H. cliff. p. 201. n. 2. Gron. virg. 57. Papaver corniculatum luteum Bauh. pin. 171. Pap. corn. flavo flore. Clus. hist. 2. p. 91. Habitat in Angliae, Helvatiae, Galliae, Italiae, Virginiae arenosis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Planta glauca. Caulis laevis. Folia scabriuscula: radicalibus pinnatifidis; caulinis solum lobatis. Flores flavi. Siliquae scabrae, dissepimento in loculamenta, uti sequentes, distinctae." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Glaucium fl. luteo, Tourn. inst. 254. Boerh. lugdb. 2. p. 305., Bauh. pin. l. c. *et* Bauh. hist. 398. Moris. hist. 2. p. 273. s. 3. t. 14. f. 1., Clus. l. c., Pap. cornic. Caesalp. cyst. 270. Lob. hist. 141. .... majus Dod. pempt. 449.; — *curr.* 3: *α.* Glaucium glabrum, fl. phoeniceo Tourn., Pap. cornic. phoenic. glabrum Bauh., P. cornic. phoeniceo-pallescente fl. Clus., ll. [*ad sp. sq.*] cc., — *β.* Gl. hirsutum fl. phoen. Tourn., P. corn. phoen. hirsutum Bauh. utr., Clus., ll. [*ad sp. sq.*] cc., P. corn. rubrum Dod. pempt. 449.. — *γ.* Gl. fl. violaceo Tourn. l. c., Pap. cornutum fl. viol. Moris. l. c. p. 274. *f.* 3., P. corn. viol. Bauh. Clus. ll. [*ad n.* 3838.] cc. Bauh. hist. 399. Dod. 449.; — *f. nat.* in littor. maris arenosis Angliae; et *β.* in agro Salmanticensi et Viennensi juxta vias et agrorum margines; *γ.* in Hispania et in Cantabrigia inter segetes. — *Obs.:* „Var. *γ.* gerit folia pinnata, lacinilis linearibus ramosis."

H. ups. syn. Gl. fl. lut. Tourn., C. Bauh., Clus., ll. cc.; — *f. nat. ad Sp. pl.* „in littoribus."

3837. **Ch. corniculatum** *Sp. I.:* Ch. pedunc. unifloris, foliis sessilibus pinnatifidis, caulo hispido. *Sp. I - S. XII.* n. 3. Ch. bispidum, pedunc. unifloris. H. ups. p. 137. n. 3. Sauv. monsp 286. Glaucium birsutum, fl. pboeniceo. Tournef. inst. 254. *Papaver corniculatum phoenicum hirsutum Bauh. pin.* 171. (*Sp. II.*) Papaver cornutum, phoeniceo flore. Clus. hist. 2. p. 91. — *Var. β. Sp. II.: P. corniculatum phoenicum glabrum Bauh. pin.* 171. (*ib. Sp. I.*) — Habitat in Hungaria, Bobemia, Monspelii. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Planta viridis. Folia omnia pinnatifida. Flores rubro-lutei. Siliquae hispidae." *Sp. II.*

H. ups. syn. Tourn. Clus. ll. cc., *f. nat.* ad agrorum margines in Hung. Boh. ⊙. — *Obs. Huc var. α. β. H. cl.: cf. n.* 3836.

3838. **Ch. hybridum** *Sp. I.:* Cb. pedunc. unifloris, foliis pinnatifidis linearibus, caulo laevi, *Sp. I. S. X. n.* 4., ... *siliquis trivulvibus. Sp. II. S. XII.* n. 4. Papaver caule ramoso, foliis linearibus pinnatifidis, caps. sulcatis. H. ups. p. 136. n. 2. var. *γ.* Sauv. monsp. 252. P. corniculatum violaceum Bauh. pin. 172. P. corniculatum, violaceo flore. Clus. hist. 2. p. 92. Habitat in Europa australiore. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Stigmata 3." *Sp. II.* — „Stigm. 4." *Sp. I.*

Obs. Am. acad. 3. p. 40. comparatur cum Ch. corniculato et Papave hybrido, e quibus ortum esse, conjectura autoris est. — H. ups. l. c. tanquam var. hujus enumeratur: cf. sub n. 3839. — *In H. cliff. sub n.* 3836. *var. γ.*

DCCVIII. **PAPAVER** *T., S. I.:* Cor. 4petala. Cal. 2phyllus. Capsula 1ocularis, sub stigmate *persistente poris dehiscens. S. XII. XIII. n.* 648., ... *multifariam perforata. S. VI. n.* 495., *X. n.* 573.

Papaver Tournef. 119. — Cal. Perianth. *(Spatha G. I. II.)* diphyllum, ovatum, emarginatum; foliolis subovatis, concavis, obtusis, caducis. — Cor. Petala quatuor, subrotunda, plana, patentia, magna, basi angustiora: alterna minora. — Stam. Filamenta numerosa, capillaria, corolla longe breviora. Antherae oblongae, compressae, erectae, obtusae. — Pist. Germen subrotundum, magnum. Stylus nullus. Stigma peltatum, planum, radiatum. — Per. Capsula coronata stigmate plano magno, unilocularis, semimultilocularis *(G. VI.)*, apice sub corona foraminibus plurimis dehiscens. — Sem. numerosa, minima. Receptacula: plicae longitudinales, numero radiorum stigmatis, parieti pericarpii adnatae.

[*G. I. n.* 423., *II.* 495., *V.* 573., *VI.* 648.]

„Pericarpium diversum est varia figura ex globosa et oblonga, nec non radice stigmatis. Primaria divisio specierum e peric. laevi et hispido desumenda est." *G. V. VI.*

* Capsulis hispidis.

3839. **P. hybridum** *Sp. I.:* P. capsulis subglobosis torosis hispidis, caule folioso multifloro. *Sp. I - S. XII. n.* 1. P. foliis ternato-pinnatifidis, fructu angulato. H. cliff. p. 201. n. 3. P. caule ramoso, foliis lineari-pinnatifidis, capsulis sulcatis hispidis. H. ups. p. 136. n. 2. (*α. β.*) Argemone capitulo breviore. Bauh. pin. 172. Arg. capit. hirsuto rotundo torulis canaliculato. Moris. hist. 2. p. 278. s. 3. t. 14. f. 9. Loh. ic. 276. Habitat in Europa australiore. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. P. capitatum multicapsulare dictum, n. 9, 10, 11. Moris. l. c. *f.* 9-11., P. capsulis, flore et foliis obscurius virentibus tenuissime laciniatis minimis. Boerh. lugdb. 1. p. 260. §. 32-4., Argem. cap. brev. Bauh. pin. l. c. .... hispido. Bauh. hist. 3. p. 396., A. capit. torulis canaliculato. Lob. hist. 144.; — *var. α.* Arg. cap. longiore C. Bauh, Lob. .... spinoso. Jo. Bauh., ll. cc. [*l. c. sp. sq.*]; — *f. nat.* in fossis et ad agrorum margines in Germ. Angl. Gallia.

H. ups. varr. 3: *α.* P. (etc.) H. cliff. C. Bauh. ll. cc., Arg. cap. torulis canaliculato Lob. ic. l. c., — *β.* A. cap. long. Bauh. [*l. c. n.* 3840.], — *γ.* Glaucium fl. viol. Tourn., Pap. cornic. viol. Bauh. Clus., ll. [*ad n.* 3838.] cc.; — *f. nat.* inter seg. Angl. Gall. Hispaniae. ⊙. — *Obs.:* „Var. *α.* capsula globosa, 6sulcata mora Meloais, stigmate 6gono; var. *γ.* caps. cylindrica 3sulca, stigm. 36do; interim tamen easdem esse plantas radix annua, caulis brevis, folia multifido-linearia nitida, capsulae hispidae evincunt."

3840. **P. Argemone** *Sp. I.:* P. capsulis clavatis hispidis, caule folioso multifloro. *Sp. I - S. XII. n.* 2. *Fl. suec. II. n.* 466. P. caps. hispidis oblongo-turbinatis sulcatis. Fl. suec. I. n. 429. Dalib. paris. 152. — *Gron. orient.* 158. (*Sp. II.*) — P. foliis ternato-pinnatis, fructu angulato. H. cliff. p. 201. n. 3. var. *α.* Roy. lugdb. 419. Sauv. monsp. 252. Argemone capitulo longiore. Bauh. pin. 172. Lob. ic. 276. Arg. capit. tenuiore longiore hirsuto. Moris. hist. 2. p. 278. s. 3. t. 14. f. 10. Habitat in Europae campis arenosis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Folia tripartita pinnatifida. Pedunc. scabri. Calyces capsulaeque pilosae." *Sp. II.*

„P. *cepe. hispidie* (Fl. S. l. n. 429.) crescebat promiscue cum P. *erretico* (n. 428.), e quo differebat stigmatibus 5 nigricantibus, quae in altero 7 flava. Filamenta hujus (n. 429.) nigra et lanceolata, sed illius (428.) rubra et capillaria. Pollen in hac caerulescens, in illa aureum [?]. Petala basi magis nigra et praeterea prorsus rubra, quae in altera pallide rubra." *Fl. scan. p.* 208-9. (*succica, cum syn.* C. Bauh. Lob. ll. cc.)

Fl. S. syn. eadem (et P. erraticum, capit. longiore hispido Tourn. Inst. 238., *in ed. I.)*

Obs. Locos ex H. cliff. et ups.: cf. n. 3839.

3841. **P. alpinum** *Sp. I.:* P. caps. hispida, scapo unifloro nudo hispido, fol. bipinnatis. *Sp. I - S. XII. n.* 3. — P. perenne, pilis rigidissimis, fol. pinnatis, fl. luteo hirsuto. Hall. helv. 304. P. alpinum saxatile, coriandri folio. Segu. ver. 1. p. 416. t. 4. f. 4. — *Papaver argemone fl. flavo, perpusillum. Pluk. alm.* 179. t. 247. *f.* 3. *Cipp.* 2. t. 6. *f.* 4. (*S. XII. XIII.*) — Argemone alpina, foliis scandicis, lutea. Baub. pin. 172. prodr. 93. Burs. IX. 58. Arg. alpina, coriandri folio. Bauh. pin. 172. Arg. minor pense Dalech. hist. 1714. — Habitat in Helvetia, Sneeberg Austriae, *Pyrenaeis* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Cal. hirsutus. Petala alba, basi flava. Caps. ovata, stigmatibus quinque." *Mant. II. p.* 401. *S. XIII.*

„Flores plantae Burserianae apud C. Bauhinum albi erant, nec lutei, asserente Burserο." *Sp. I. II.* [*Obs. Hinc P. Burseri Crantz. R.*]

3842. **P. nudicaule** *Sp. I.:* P. caps. hispidis, scapo unifloro nudo hispido, foliis simplicibus pinnato-sinuatis. *Sp. I - S. XII. n.* 4. *P. caule 1fl. nudo hisp., fol. pinnatosin.* H. ups. p. 136. n. 4. P. erraticum nudicaule, fl. flavo odorato. Dill. elth. 302. t. 224. f. 291. *Oed. don. t.* 41. (*Sp. II. S. XIII.*) — P. erraticum, luteo flore, capite oblongo hispido. Amm. ruth. 61. n. 81. — Habitat in Sibiria. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Pedunculi et cal. pilosi." *Sp. II.* — „Stipulae 8 ad 9." *Sp. I.* — „Valde affine alpino sed folia minus divisa. Varist

fl. albo." *Mant. II. p.*401. — „Nimis aff. P. alpino, et variat cor. alba et lutea; an cultura sola diversum?" *S.XIII.*

H. ups. syn. Dill. Amm. ll. cc., *t. ent. id.* „4, fl. flavo al albo."

* * Capsulis glabris.

3843. **P. Rhoeas** *Sp. I.*: P. capsulis glabris globosis, caule piloso multifloro, foliis pinnatifidis incisis. *Sp. I-S. XII. n.*6. *Fl. suec. II. n.*468. P. foliis pinnatifidis hispidis, fructu *subrotunda*. H. cliff. p.201. n.2. Roy. lugdb. 478. Dalib. paris. 151. Hall. helv. 303. ..... *ovato*. Fl. suec. I. n.428. — P. caule multifloro folioso hispido, foliis pinnatifidis, caps. laevibus. H. ups. p.136. n.5*. Mat. med. n. 251. Sauv. monsp. 252. *Gran. orient.* 157. *(Sp. II.)* — P. erraticum majus Bauh. pin. 171. P. rhoeas prius Dalech. hist. 439. — *Var. β. Sp. I.*: P. erraticom pleno flore. Bauh. pin. 171. — *γ. Sp. I.*: P. erraticum minus Bauh. pin. 171. — Habitat in Europae arvis, agris. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Pili in caulo pateotes sunt." *Sp. II.*

[*Obs. Var. β. Sp. I. et Fl. S. est B. parviflora Fries. nov. II. p.* 207., *excl. tamen forte lapponica. R.*]

4806. **E. Alliaria** *Sp. I.*: E. foliis cordatis. H. cliff. p. 338. n. 6. Fl. suec. 1. n. 558; II. 600. Mat. med. n. 334. Roy. lugdb. 342. Dalib. paris. 201. *Sp. I - S. XII.* n. 3. Alliaria Bauh. pin. 110. Fuchs. hist. 104. Cam. epit. 589. — Habitat in Europae sepibus, cultis, umbrosis. ♂ (*sem.* 4. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Singularis odore alliaceo in hac familia." *Fl. S. II.*

M a t. med. syn. Bauh. l. c. — *H. c l i f f. syn.* Alliaria Caes. syst. 370. Bauh. l. c. Bauh. hist. 2. p. 883. Dalech. hist. 911. Lob. hist. 265. Rupp. jen. fl., Hesperis allium redolens Moris. hist. 2. p. 232. s. 3. t. 10. f. 6. Tourn. inst. 222. Boerh. lugdb. 2. p. 19.; *l. a u t. speciatior.* — *Fl. S. syn.* Tourn., C. Bauh. Fuchs. Cam. fl. ec. *et* Dod. pempt. 686. Lob. ic. 630. Till. ic. 60. *(et Roy. l. c. in ed. I.)*

4807. **E. repandum** *Diss. dem. plant.*: E. fol. lanceolatis dentatis, racemis oppositifoliis, siliquis racemosis subsessilibus, cor. minutis. *Sp. II - S. XIII.* n. 4. — *E. fol. lanc.: radicol. repando-dentatis, siliq. ruc. subsess., cor. brevissimis. Dem. pl. in* Am. ac. 3. p. 415. *S. X.* n. 3. A. — *Jucq. austr. tab.* 22. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Hispaniae, Bohemiae arvis. ☉. — Statura Sis. polyceratii, sed racemi oppositifolii longi. Siliquae filiformes. Caulis angulatus. Folia argute dentata. [*Sp. II.*]

„Pl. hispanica, spithamaea, ☉," statura Sis. polyc., sed siliquas non in alis gerit, verum elevatis longis racemis. Fol. radic. repando-dent., caulina vero lanc. integra." *Am. ac. l. c.*, nota *c*).

4808. **E. cheiranthoides** *Sp. I.*: E. fol. lanceolatis integerrimis, *Vir. cliff. p.* 64. *Sp. II. n.* 5., ... *siliquis patulis. S. XII. XIII. n.* 5. — *E. fol. integris lanc.* Fl. lapp. n. 263. H. cliff. p. 337. n. 7. Fl. suec. 1. n. 555; II. 601. Roy. lugdb. 342. Dalib. paris. 202. *Sp. I. S. X.* n. 4. Turritis fol. integris lanc. Guett. stamp. 2. p. 165. Myagrum siliqua longa Bauh. pin. 109. Camelina, Myagrum alterum thlaspi effigie. Lob. ic. 225. Habitat ubique in Europae arvis. ☉. — Habitus similimus Cheiranthoerysimoidi [n. 4810.] praeter flores minores et siliquas magis patulas. Stigmata in hac parva vix divisa, in sequenti [n. 4810.] quasi ex nodis duobus divaricatis constricta. [*Sp. I. II.*]

„Siliquae patulae s. a scapo racemi distantes nec approximatae." *M. II. p.* 428. *(s. c. ex S. XIII.)*

H. c l i f f. syn. Eruca sylv. latif., fol. integro, fl. luteo minore. Moris. hist. 2. p. 220. s. 3. t. 5. f. 7., C. Bauh. l. c., Myagr. aliud, thlaspi effigie. Dalech. hist. 1137., M - e affinis planta, siliq. oblongis. Bauh. hist. 2. p. 894., Turr. leucoji folio. Tourn. inst. 224. Boerh. lugdb. 2. p. 15.; — *l. e a t*, in agris requietis frqtse. per Sueciam.

Fl. Lapp. syn. Conringia leucoji folio, fl. lut. Heist. helmst. 1730. p. 10., Moris., Bauh. otrq., Tourn., ll. ec.

Fl. S. syn. C. Bauh. Lob. fl. ec. *(et Roy. Tourn. ll. ec. in ed. I.)*

4809. **E. hieracifolium** *Cent. I.*: E. foliis lanceolatis serratis. Roy. lugdb. 342. Dalib. paris. 201. *Cent. I. n.* 50. *in Am. ac.* 4. *p.* 279., Fl. suec. II. n. 602., *S. X.* n. 4. B., *Sp. II. S. XII.* n. 6. — *Rupp. jen. ed. Hall.* 77. *nota a.* (*S. XII. sq.*) — Leucojum luteum sylvestre hieracifolium Bauh. pin. 201. prodr. 102. L. sylvestre inodorum, fl. parvo pallidiore. Raj. hist. 781. Habitat in Gallia. 4 (*et* ♂. *Sp. II.*). [*Am. ac., Sp. II.*]

Fl. S. II. syn. Roy., Cent. I., Bauh., Raj., ll. ec., L. luteum sylv. pannonicum, serrato fol. Bauh. hist. 2. p. 873. fig. prior; — *descr.*: „Diff. ab E. cheiranthoide non tantum fol. serratis, sed et siliq. longioribus, minus a caule extantibus et fl. majoribus; a Cheiranthoerysimoide diff. fl. dimidio minoribus, styli apice s. stigmate quidem emarginato, sed non bilobo, et siliq. minime tomentosis, quamvis pistilla s. germ. incana sint."

Obs. Am. ac. l. c. descr. 6. — [*Species diversa in herb. Linnaei? Serius lecta specimen. Mirum videbitur quod hanc l. n a t. in n. 4800 et* 10. *non add. L. in Sp. II.; sed plures tenitates occurrunt in hac classe. R.*]

DCCCLXXXIII. **CHEIRANTHUS** *G. I.*: Germen utrinque denticulo glandulato. Calyx *clausus* (*Ö. S. VI.*): foliolis duobus basi gibbis. Semina plana. *S. VI. n.* 656. *t. c.*, *X.* 730., *XII.* 815.

Cheiranthus. Leucojum Tournef. 107. — Cal. Perianth. 4phyllum, compressum: foliolis lanceolatis, concavis, erectis, parallelo-conniventibus, deciduis: quorum 2 exteriora basi gibba. — Cor. 4petala, crucif. Petala subrotunda, calyce *(duplo G. I.)* longiora: unguibus longitudine calycis. — Stam. Filam. 6, subulata, parallela, longit. calycis: quorum duo *intra folia calycina gibba* (*Ö. G. I.*) paulo breviora. Anth. erectae, basi bifidae, apice acutae et reflexae. — Nectarifera glandula cingit basin staminis minoris utrinque. — Pist. Germen prismaticum, 4gonum, longit. staminum, tuberculo utrinque notatum. Stylus brevissimus, compressus. Stigma oblongum, bipartitum, reflexum, crassiusc., persistens. — Per. Siliqua longa, compressa, angulis duobus oppositis obliteratis, denticulo notatis, bilocularis, bivalvis, Stylo brevissimo, et Stigmata bifido erecto instructa. — Sem. plurima, penduli, alterna, subovata, compressa; *m a r g i n e m e m b r a n a c e o* (*G. VI.*).

[* *G. I. n.* 537., *II.* 636., *V.* 730., *t. c.*, *VI.* 813.]

„Denticulus utrinque germini insidens, in aliis fere evanescit: in aliis accrescit, *Ch. tricuspidati* (Gaertneriae Heist. *G. I. II.*) siliquae apex tricuspidatus." *G. I - VI.* — „Schallbomiae Heist. siliqua corno cervi figura." *G. I. nec rel.*

Obs. Huc Cheri *S. I., cum syn.* Tourn.

4810. **Ch. erysimoides** *Sp. I.*: Ch. fol. lanceolatis dentatis *n u d i s* (*S. XII. sq.*), caule *simplicissimo* (*M. II. sq.*) recto, siliquis tetragonis. *Sp. I - S. XII.* n. 1. *e. e.* Fl. suec. II. n. 603. — *Allion. p e d e m. t.* 8. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Oed. dan. 229. (*S. XIII.*) — Erysimum fol. integris lanc. margine repando-dentatis. H. ups. p. 192. n. 1. Leucojum luteum sylvestre angustifolium Bauh. pin. 202. L. sylvestre Clus. hist. 1. p. 299. Bauh. hist. 2. p. 873. — *L. angustifolium alpinum, fl. sulphureo. Allion pedem.* 44. *t.* 9. *f.* 3. (*Sp. II.*) — Habitat in Hungaria, Gallia. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Excl. syn. Allionii." *S. XII. sq.* [*Cf. sp. sq.*]

„Valde affinis Er. secundo Fl. S. I. n. 555. [n. 4808.], sed majora omnia, praesertim flores. Hab. in Hung. ♂." *H. ups. (cum syn.* Hesperis leucoji fol. non serrato, siliq. 4anguia. Tourn. inst. 223., Jo. Bauh. l. c.)

„Hab. ad arcem Bahus., It. vestg. p. 100., ubi amico tantum in loco e me intra Sueciam sponte visa. ♂. Flores magni, florum Brassicae olerac., cal. viridi glabro, minime glauco. Stigma pistilli crassum et ad basin usque bilobum. Germ. tumentosa sunt; caeterum facies proxime accedit ad duas praec. [n. 4808-9.] plantas." *Fl. S. II., cum syn.* C. Bauh., Clus., ll. ec.

Obs. Sueciam L. in It. vestg. l. c. primum quasi dubium plantam, Erys. cheiranthoidi similillimam, commemorabat: — serius tantum specie discernens et hortensi (orig.) suae subjungens. [*Hinc dubia recentiorum.*] *R.*

4811. **Ch. alpinus** *Mant. I.*: Ch. fol. linearibus integris subtomentosis, *M. I. p.* 93. *S. XII. n.* 14., ... *cuneo rumoso. S. XIII. n.* 14. — Erysimum fol. lin. incanis integris. Ger. prov. 363. Leucojum angustifolium alpinum, flore sulphureo. Allion. pedem. 44. t. 9. f. 3. Tourn. inst. 222. — Habitat in alpinis montibus Italiae; in rupe Victoriae Galloprov. D. Jacquin. 4. — Simillimus Ch. erysimoidi, distinctus fol. incanis. [*Mant. I.*]

„Caulis ramosus. Ch. erysimoides, Jacq." *Mant. II. p.* 428. — [*Obs. Cf. huc Sm. in fl. lapp. ed. II. p.* 224. *et erratis lib., Whlnb. lapp. n.* 333. *succ. n.* 733.; *sed fere Linnaeo obscuriores. R.*]

4812. **Ch. Cheiri** *Sp. I.*: Ch. foliis lanceolatis acutis glabris, H. cliff. p. 334. n. 1. H. ups. p. 187. n. 2. Mat. med. n. 335. Roy. lugdb. 337. Guett. stamp. 2. p. 156. Dalib. paris. 197. Gort. gelr. 382. *Sp. I. n. 2., ... ramis angulatis, S. X. Sp. II. n. 2., ... caule fruticoso. S. XII. XIII. n. 2.* — Leucojum luteum vulgare Bauh. pin. 202. L. luteum Dod. pempt. 160. — *Varr. Sp. I. II.*: β. L. lateum, magno fl. Bauh. pin. 202. — γ. L. lot. serrato folio, fl. grandiore. Bauh. pin. 202. prodr. 102. — δ. L. luteum, pleno fl., majus. Bauh. pin. 202. — ε. L. pleno fl., minus. Bauh. pin. 202. — Habitat in Angliae, Helvetiae, Galliae, Hispaniae muris, tectis. δ. ♃, ♄. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. L., lut. vulg. Bauh. l. c.; *l. mat.* Helv. Gall. ♃, δque. — *H. ups. syn.* Bauh. l. c., Guett. Dod. ll. cc.; *var. β. ut δ. Sp. I.*; *l. mat. (excl. Hisp.) ut Sp. I. δ.* — *H. cliff. syn.* Keiri luteum vulgare Rupp. jen. 60., L. lut. vulg. Bauh. l. c. Moris. hist. 2. p. 243. s. 3. t. 8. f. 15. Tourn. inst. 221. Boerh. lugdb. 2. p. 18., Bauh. hist. 2. p. 872., Lob. hist. 179., Dod. l. c., Flos cheyri simplex minor Besl. syst. sect. 35. f. 3.; — *var. α. β. γ. δ. ut β - ε. Sp. I. II.*; — *l. mat.* in tectis et muris antiquis Angliae; Basileae, Montbelgardi.

4813. **Ch. fruticulosus** *Mant. I.* (non *Sp. I.*): Ch. fol. lanceolatis acutis glabris subserratis, caule fruticuloso. *M. I. p. 94. S. XII. XIII. n. 16.* Leucojum luteum minus fruticans Barr. ic. 1228. — Habitat in Hispania. Cl. Alstroemer. — Similimus Ch. Cheiri, sed palmaris. Rami angulati. Fol. lanc., subpetiolata, acuminata, laevia, duriuscula, serraturis inferiorum paucis argutis. Flores octies minores, lutei, minus fragrantes: Petalis subrotundis, obsolete emarginatis. Anth. subaeruleascentes. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

4814. **Ch. chius** *Sp. I.*: Ch. foliis obovatis aveniis emarginatis, siliquis apice subalatis. *Sp. II. S. XII. n. 3. Ch. fol. lanceolatis subdentatis retusis, sil. apice subal.* H. ups. p. 187. n. 3. *t. 8. Sp. I. S. X. n. 3.* Hesperis caule ramosissimo, fol. lanc. dentatis. H. cliff. p. 335. n. 3. [*var. α. R.*] Roy. lugdb. p. 337. n. 3. H. siliq. hirsutis, fl. parvo rubello. Dill. elth. 180. t. 147. f. 178. Leucojum thlaspeos facie etc. Herm. par. 192. t. 193. Habitat in Chio. ☉. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Hesp. sylvestris parvo fl. Bauh. pin. 102. prod. 103. Boerh. lugdb. 2. p. 20.; — *var. α.* H. rhis saxatilis, leucoji fol. serrato, fl. parvo. Tourn. cor. 16., Dill. l. c. *et* Boerh. ind. 147.; — *l. mat.* in incultis circa Monspelium; at *α.* in Chio ins.

H. ups. syn. et l. mat. uti var. α. H. cliff. ☉. — [*Obs. Et haec var. α. sola hue pertinere videtur: quamobrem in Sp. I. syn. idem H. cliff. etiam ad Hesp. a fricanum citatur, cf. n. 4832. R.*]

4815 a. **Ch. maritimus** (*Cent. I.*) *Mant. II. app.*: Ch. caule diffuso scabro, fol. ellipticis obtusis nudis scabriusculis. *M. II. app. p. 568., S. XIII. p. 500. n. 4.* (*cum syn. Barr.*) — Sp. plant. II. p. 924. Leucojum minus, flore violaceo. Barr. ic. 1127. — Habitat ad littora maris Mediterranei. ☉. — Caules ramosissimi, divaricati, diffusi, rigiduli, pedales, scabri pilis geminis adpressis. Fol. ovali-lanceolata, obtusa, apice subreflexa, viridia, longius petiolata, rigidula, scabriuscula: superioribus obscure subdentatis. Racemus terminalis. Calyx glaucus, laevis. Petala obcordata, rubra mox violacea. Antherae in fauce floris. [*Mant. II. app.*]

4815 b. **Ch. maritimus** *Cent. I.*: Ch. fol. lanceolatis acotiusculis, caule *ramosa* (*Ø. Sp. II.*) diffuso, anth. eminentibus. *Cent I. n. 51. in* Am. ac. 4. p. 280., *S. X. n. 3.* A. (*anno n. 9. B.*), *Sp. II. S. XII. n. 4.* Hesperis maritima sopina exigua Tournef. inst. 223. Leucojum maritimum parvum, folia viresaente crassiuscula. Bauh. hist. 2. p. 877. — *Pluk. phyt. 432. f. 2.* (*Sp. II.*) — Habitat in Europae australis maritimis. ☉. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Affinis nimium Ch. Chio, sed major." *Sp. II.* — „Diff. a Ch. chio in paucis: caule diffuso; foliis lanc. acutis, vix utrinque unica serratura notatis, in chio pluribus; stam. et pistillis extra tubum floris prominentibus." *Am. ac.*

Obs. 1. Diversus est Ch. maritimus (chius) S. X. n. 9. B., vide n. 4824.

Obs. 2. Huc (max. ad plantam M. Hldae) quadrat, a L. ubique omissus: Ch. fol. obverse ovato-lanceolatis obtusis scabris vix serratis, *H. cliff. p. 335. n. 5., cum syn.* Hesp. hirsuta, fl. purpureo vario, fol. aspero parvo, Boerh. lugdb. 2. p. 20., Leuc. annuum elegans Pluk. alm. 213., Jo. Bauh. l. c., L. annuum, sinuate angusto folio, fl. dilute violaceo. Moris. hist. 2. s. 3. t. 8. f. 2. secundae finese, Draba coerulea annua, fol. viresaente crassiusculo. Moris. hist. 2. p. 235.; — *l. mat.* in maritimis et nobis ignotis.

4816. **Ch. salinus** *Mant. I.*: Ch. fol. lanceolatis obtusis integerrimis, caule erecto, anth. inclusis. *M. I. p. 93. S. XII. XIII. n. 15.* — Habitat ad Sibiriae, Tatariae salinas. D. D. Lerche. ♄. — Similimus Ch. incano, sed octies minor: totus laevissime lomentosus. Caules erecti, durant aliquot annos. Fol. minime dentata. Cor. purpureae, fauce evanescente. Stigma obtusum, crassiusculum, bifidum, minimeque tenue. Odor Ch. incani. Colt. H. U. [*Mant. I.*]

4817. **Ch. incanus** *Sp. I.*: Ch. foliis lanceolatis integerrimis obtusis incanis, H. cliff. p. 334. n. 2., ... *siliquis apice truncatis compressis*, H. ups. p. 187. n. 1., ... *caulis suffruticoso. Sp. I. S. X. n. 4., Sp. II. S. XII. n. 6.* Leucojum incano folio, hortense. Bauh. pin. 200. *n. 1. 2. 4. 5. 6. 7.* Viola alba at purpurea Lob. ic. 329. Habitat in Hispaniae maritimis. ♃. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Varietas albo nudo, vixque tomentosa est." *Sp. II.* — „Petala integra. Var. fl. albo foliis minus tomentosis et viridibus, sed non, ut Cheiri, rigidulis." *Mant. II. p. 428.*

H. cliff. syn. Keiri incanum majus Rupp. jen. 60., C. Bauh. l. c. (*n. 1 - 7.*), L. incanum maj. C. B. Moris. hist. 2. p. 240. s. 3. t. 8. f. 1., L. hyemale et diu durans album Bauh. hist. 2. p. 874., L. candidum majus Dod. pempt. 160., L. album et purp. Dalech. hist. 802. Lob. hist. 178.; — *var. α.* Leucoji sp. 1 - 19. Tourn. inst. 220., sp. 1 - 18. Boerh. lugdb. 2. p. 17.; — *obs.*: „Crescendi locus via certus, nisi sit maritima, at facies indicat, et tum per culturam e maritima producta et in maritimis mediterranei maris fruteta." [*Cf. n. 4820. obs.*]

H. ups. syn. C. Bauh. (*n. 1 - 7.*), Dod., fl. cc.; *l. mat.* ignot., forte in fl. quod. maritimis; 2 - 3annis.

4818. **Ch. fenestralis** *Sp. I. app.*: Ch. fol. confertocapitatis recurvatis undulatis, *Sp. I.* p. 1198. *S. X. n. 10., ... caule indiviso. Sp. II - S. XIII. n. 5.* — Linn. dec. 81. t. 16. (*S. XIII.*) — Habitat ----. δ. [*Sp. I. II.*]

„Radix fibrosa. Caulis semipedalis *infra floros* (*Sp. I.*), crassitie digiti, erectus, *inferne* (*Sp. I.*) nudus. Folia *in apice caulis* (*Sp. II.*), confesta in capitulum *more Brassicae* (*Sp. II.*), lanceolata, recurvata, sessilia, obtusa, undata, incana. Racemi *florigeri* (*Sp. II.*) stricti, erecti, *altitudine caulis* (*Sp. II.*). *Flores purpurei et siliquae tomentosae curvatae ut in Ch. incano* (*Sp. I.*). *Flores et fructus Ch. incani* (*Sp. II.*), cui nimis affinis, vix tamen varietatem dicerem." *Sp. I. et II. m. m.* — „Petala integra." *Mant. II. sq.*

4819. **Ch. annuus** *Sp. I.*: Ch. foliis lanceolatis subdentatis obtusis incanis, siliquis cylindricis apice acutis, caule herbaceo. *Sp. I. S. X. n. 5., Sp. II. S. XII. n. 7.* Leucojum incanum minus Bauh. pin. 200. Habitat in Europae australis maritimis. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Forte sola varietas antecedentis?" *Sp. I. .... „sed annuus." Sp. II.* — „Petala emarginata. Excludo [*in Sp. I. II.*] observationem." *Mant. II. p. 428.*

4820. **Ch. littoreus** *Sp. II.*: Ch. fol. lanceolatis subdentatis subtomentosis subcarnosis, petalis emarginatis, siliquis tomentosis. *Sp. II - S. XIII. n. 10.* Leucojum maritimum angustifolium Bauh. pin. 201. L. marit. minus Clus. hist. 1. p. 298. Habitat in Maris Mediterranei littoribus. ☉. — Caulis pedalis, alterne ramosus, incanus. Folia alterna, lanceolata, carnosa, canaliculata, obtusa, obtuse dentata, incana. Racemi terminales. Petala obcordata, purpurascentia, basi albida. Stamina longit. tubi. Siliquae sebulatae, angustae, aequales, folio non longiores, tomentosae. [*Sp. II. p. 925 - 6.*]

Obs. Huc locus a L. omissus: Ch. fol. lanc. rarius dentic alatis obtusis incanis, *H. cliff. p. 334. n. 3., cum syn.* Bauh. Clus. ll. cc., *et* Bauh. hist. 2. p. 876., Lob. hist. 178., L. sylvestre angustif. Dod. pempt. 160., Hesp. maritima angustif. incana Tourn. inst. 223. Boerh. lugdb. 2. p. 20.; — *l. mat.* copiose in arenosis maris Mediterr., litoribus per G. narbon. et Hisp.; — *et Obs.*: „Tantum abest quod dubitem cum antecedenti [*n. 4817.*] specie hano genere jungere, et potius dubitem an specie distinguam."

4821. **Ch. tristis** *S. X.*: Ch. foliis linearibus subsinuatis, flor. sessilibus: *petalis undatis* (*G. Loefl.*), caule suffruticoso. Loefling [*it. p. 292. et Sp. I. p. 662. n. 6. sub* Ch. fruticulosa], *S. X. n. 6., Sp. II-S. XIII. n. 8.* — Ch. foliis lanceolato-lin. acutis glabris utrinque dentatis. H. cliff. p. 335. n. 4. — *Roy. lugdb. 337. (Sp. I.)* — Hesperis (*provincialis Sp. I.:*) *caule ramoso diffuso, siliquis teretibus.* H. ups. p. 188. n. 3. t. c. *Sp. I. p. 664. S. X. p. 1134. n. 5.* Leucojum minus, breviori folio, obsoleto flore. Barr. ic. 999. n. 2. L. minus, lavendulae folio, obsoleto fl. Boce. mus. 148. t. 111. Barr. ic. 803. Habitat in Hispania, Italia, Monspelii. ♄. — Flores tristes colore et odore. [*Sp. II.*]

Ch. fruticulosa *Sp. I.* syn. L. maritimum angustif. Bauh. pin. 201., Barr. 999., Boce., *ll. cc.*; *i. aut. idem.*

Hesp. provincialis *Sp. I.* syn. H. ups. cliff. Roy. Boce. *ll. cc.*, Barr. 803.; *i. aut.* in Galloprov. ♃.

H. cliff. syn. Leuc. saxatile, folio coronopi, fl. obsoleto odorato, petalis undulatis. Boerh. lugdb. 2. p. 18., Boce., Barr. 803., *ll. cc.*; *i. aut.* in montibus Galloprov. supra Orgon. — *H. ups. plane sic: add.* ⊙. [*?*]

Obs. Ch. fruticulosus missus a Loefl. l. c. (diagn. ead., syn. Barr. 999., descr. 0.) — *Huic in Sp. II. sq. junctus Hesp. prov. Sp. I. S. X. E loco nat. certe iidem. Sed syn. Bauh. sf. ad n. 4830. R.*

4822. **Ch. triiobus** *Sp. I.*: Ch. foliis deotatis obtusis, cal. laevibus, siliquis octosis mucronatis, *Sp. I. S. X. n. 7.. ..... filiformibus laevibus. Sp. II.* (*s. c.*) - *S. XIII. n. 9.* Leucojum maritimum minimum hispanicum vernum, foliis erucae. Tournef. inst. 221. ? L. marit. minimum Bauh. pin. 201. prodr. 103. Bura. XI. 28. Habitat in Hispanie et prope insulas Stoechadum. ⊙. — Caules ramosi, patuli, spithamaei, incani. Folia lanceolata, obtusa, unico vel 2 utrinque dentibus profundioribus. Cal. non pilosi. Cor. purpurea, majuscula. Siliquae lineares, teretiusculae, suturis carinatae, lateribus torulis nodosae, apice longe subulato acuminatae, *glabrae* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

Obs. Sp. II. pro „dentatis" *habet* „subulatis"; *restitue. illud in S. XII. M. II. sq.* — *Mittit hanc? Loefl. it. 292.* („Ch. triiobas: caul. declinatis, fol. linearibus integerr. Diff. a Laec. marina micima Clus. hisp. 333., quod sit herbac. annuus, caul. declin. minus ramosis, florum colore saturate et pulcherrime purpureo.")

4823. **Ch. tricuspidetus** *Sp. I.*: Ch. siliquarum apicibus tridentatis, H. cliff. p. 335. n. 6. Roy. logdb. 338. *Sp. I. S. X. n. 9., ... fol. lyratis. Sp. II - S. XIII. n. 12.* — *Gron. orisat. 80.* (*Sp. II.*) — Leucojum marinum (etc.) Cam. hort. 87. t. 24. Moris. hist. 2. p. 242. s. 3. t. 8. f. 13. — Habitat *in Tripoli* (*in Europae australis? Sp. I.*) meritimis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Cam. Mor. ll. cc., L-jo affine, Tripolium anguillare etc. Bauh. hist. 2. p. 870., Hesp. maritima latifolia, siliq. tricuspide. Tourn. inst. 223. Bauh. hist. 2. p. 30.; *i. aut.* in marit. Eur. austr.

4824. **Ch. sinuatus** *Sp. II.*: Ch. foliis tomentosis obtusis subsinuatis: rameis integris, siliquis muricatis. *Sp. II - S. XIII. n. 11.* Leucojum maritimum, sinuato folio. Bauh. pin. 200. L. marit. magnum latifolium Bauh. hist. 2. p. 875. Habitat in Hispaniae, Monspelii maritimis. ♂. — Caulis rectus, ut tota planta, tomentoso-incanus. Folia radicalia lato-lanceolata, alternatim dentata, obtusa; caulina lanc., obtusa, canaliculata dentium paribus duobus obtusis, in medio positis; rameo integra nec dentata. Petala incarnata, obtusa, basi unguiculata. Siliq. longissimae, muricatae, tomentosae. [*Sp. II.*]

Obs. „Ch. maritimus: siliq. muricatis, fol. toment., radicalibus subsinuatis." *S. X. n. 9. B.* [*non Ch. marit. n. 4815.*], *manifesto huc pertinet. R.*

4825. **Ch. Farsetia** *Mant. I.*: Ch. caule fruticuloso erecto, fol. lineari-lanceolatis, siliq. ovalibus, *Mant. I. p. 94., ... compressis. S. XII. XIII. n. 17.* Farsetia aegyptiaca Turrae farsetia venet. 1765. quart. p. 1. t. 1. Thlaspi fruticosum ramosum, leucoji acutis fol., argenteum. Pluk. alm. 365. — *Lunaria fruticosa perennis incana, leucoji folio. Tournef. itin. 1. p. 92. i. 92.* („?" *S. XIII.*) *Shaw.* (*Mant. II. sq.*) — Hab. in Aegypto, Arabia. ♄. Forskahl. — Cult. H. U. — Caul. pedalis, erectus, fruticul., incanus, strictus, ramosus. Fol. alterna, sessilia, linearia, acuminata, integerr., incana s. subargentea. Racemi sublaterales, oppositifolii, stricti, Cal. oblongus, viridis: foliol. 2 appos. gibbosioribus. Petala 4, tristia, linear., rotundata, integerr., obliqua, purpurascenti-alba, obsolete saturatius reticulata. Stam. 4dynama, unguibus brevioru. Anth. latese. Pist. staminib. brevius. Siliq. ovalis, compresso-planae: Herba tota Convolvuli Dorycnii. Flos Cheiranthi tristis. Fructus fere Lunariae. Flor. tristes, nocte tantum suaveolentes. Habitu proxime accedit ad Laesr. frutic. par. locuaam (etc.) Tourn. (*l. c.*); sed fol. linearia, acuminata, laevia, stricta. [*Mant. I.*]

DCCCLXXXIV. **HELIOPHILA** *Sp. II.*: Nectarie 2, recurvata versus calycis basin vesicularem. *S. XII. XIII. n. 816.*

Heliophila Nic. Burmanno auctore. — Cal. Perianth. 4phyllum; foliolis patentibus, oblongis, concavis, margine membranaceis, deciduis: exterioribus 2 basi vesiculosis. — Cor. 4petala, cruciformis: Petala subrotunda, plana, sessilia. Nectaria 2 e receptaculo, recurva versus calycis vesiculam. — Stam. Filam. 6, subulata, erecta, longit. calycis, 2 oppositis paulo brevioribus. Anth. oblongae, erectae. — Pist. Germen cylindricum. Stylus germine brevior. Stigma obtusum. — Per. Siliqua teres, subtorulosa, mucronata, bilocularis, bivalvis. — Sem. plura. [*G. VI. n. 816.*]

4826. **H. integrifolia** *Sp. II.*: H. foliis lanceolatis indivisis. N. L. Burmann. *Sp. II - S. XIII. n. 1.* Cheiranthus africanus: fol. lanc. integerrimis subhirsutis acutis, siliq. teretibus torulosis, caule herbaceo. Pl. afr. n. 23. in Am. ac. 6. p. 90. — Leucojum africanum, caeruleo fl., latifolium. Herm. lugdb. 364. t. 365. *Sab. mus. 1. t. 17. f. 5.* (*Mant. II. sq.*) — Nasturtium petraeum aethiopicum, siliqua in plurimos loculos. Pluk. phyt. 432. f. 2. — Habitat ad Cap. b. spei, locis saxosis incultis. ⊙. — Folia subcarnosa, pilis albis patentibus: prima caulina et ramea opposita; reliqua alterna. [*Sp. II.*]

„Caulis herbaceus, adspersus pilis rarioribus. Siliquae compressae, laeves, terminatae mucrone longiusculo." *Am. ac.* (*cum syn. Herm. l. c.*)

„Folia supra hirta s. pilosa, subtus glabra. Cal. gibbi baseos sunt diaphani. Corollae Lin. s. Anagalli, maceili coccolaae, nocte clausae." *Mant. II. p. 428-9.*

Obs. „Agagis capensis: fol. linearibus indiv., siliq. torulosis." *S. X. p. 1135. n. 3. A.* (*cum syn. Herm. tab. 367. Pluk. tab. clt.*): — *huc quidem pertinet, sed potius utramque sp. confudit;* — *ex Epist. ad s. Hall p. 27. 58. 62. 64-6. et hanc et Heliophilae originem docas. R.*

4827. **H. coronopifolia** *Sp. II.*: H. foliis linearibus pinnatifidis. *Sp. II-S. XIII. n. 2.* Leucojum africanum, caeruleo flore, angusto coronopi folio, majus. Herm. logdb. 364. t. 367. Seb. mus. 1. t. 17. f. 5. L. afric., flore lini caerulei, molluginis folio. Pluk. alm. 213. t. 200. f. 3. mala. Habitat ad Cap. b. spei. ⊙. — Planta glabra est. [*Sp. II.*]

DCCCLXXXV. **HESPERIS** *S. I.*: Petele obliquae flexa. *Glandula infra stamina brevioru* (*G. S. VI.*). Siliqua stricta. Stigma bosi bifurce apice conniveate. *S. VI. n. 657.*..... Cal. cleosus. *S. X. n. 731., XII. 817.*

Hesperis Tournef. 108. — Cal. Perianth. 4phyllum: foliolis lanceolato-linearibus, paralleli-connivantibus (*G. VI.*), superne incumbentibus, inferne dehiscentibus, deciduis: quorum duo opposita basi gibba. — Cor. 4petala, crucif. Petala oblonga, longit. calycis, parum reflexa obliquae contra motum solis, desinentia in ungues attenuatos, longit. calycis. — Stam. Filam. 6, subulata, longit. tubi; quorum 2 dimidio breviora. Anth. lineares, erectae, apice reflexae. — Glandula mellifera acuminata, intra stamen brevius germenque collocata, idemque stamen dein cingens. — Pist. Germen longitudine calycis, prismaticum, 4gonum. Stylus 0. Stigma bipartitum, latrorsum situm, oblongum, erectum, basi bifurcatum, apice connivens, marcescens. — Per. Siliqua longa, compresso-plana, striata, bilocularis, bivalvis: valvis longit. dissepimenti. — Sem. plurima, ovata, compressa. [*G. I. n. 538., II. 657., V. 731., VI. 817.*]

Obs. S. I. syn. Alliaria Rupp. [*s. n. DCCCXXXII.*]

4828. **H. tristis** *Sp. I.*: H. caule hispido ramoso-patente. H. ups. p. 187. n. 1. *Sp. I - S. XII. n. 1.* — *Jacq.*

vind. 118. (*Sp. II.*) — H. caule bispido *procumbente*. H. cliff. p. 335. n. 1. *Vir. cliff. p.* 63. Roy. lugdb. 338., ... *diffuso*. *H. cliff. emend. p.* 502. — H. moutana pallida odoratissima Bauh. pin. 202. H. pannonica Cam. hort. t. 18. — *Leucojum melanchalicum Basl. cyst.* (*Mant. II.*) — Habitat in Hungariae, *Austriae arvis* (*Sp. II.*). ♂. [*Sp. I. II.*]

„Obs. Leuc. lacano folio hortensa C. B., Hesp. siliqua corniculata C. B., H. peregrina siliq. articulatis C. B., H. sylv. hirsuta fol. hieracii C. B.: haec omnes a Rajo et Plukenetio credantur synonymae." *Mant. II. p.* 429.

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 252. s. 3. t. 16. f. 3. Boerh. lugdb. 2. p. 19., H. mont. pallida odora olens Vok. norib. 209., H. colore insolegauti Bauh. hist. 2. p. 879., H prima Clus. hist. l. p. 296.; — *var. α.* H. syriaca secunda Clus. 297. Jo. Bauh. 879., H. peregrina, siliq. articulatis, Bauh. pin. 202. Moris. l. c. f. 4.; — *l. not.* in Prellenberg Hamborgensi monti vicino, Ungariae extremo quo Austriam spectat, at *α.* in maritimis Syriae.

H. ops. syn. (*excl. Roy.*), *l. not.*, *et Sp. I.*

4829. **II. matronalis** *Sp. I.:* H. caule simplici *aracto* (*Sp. I. sq.*), foliis ovato-lanceolatis denticulatis, H. cliff. p. 335. n. 2. H. ups. p. 188. n. 2. Roy. lugdb. 338. Dalib. paris. 197., ... *petalis mucrone emarginatis*. *Sp. I - S. XII.* n 2. H. hortensis Bauh. pin. 202. Viola matronalis Dod. pempt. 161. Habitat in Italia. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Var. β. albiflae, o. 3." *S. XIII.* [*Cf. sp. sq.*]

H. cliff. syn. H. 8. purp. albo et vario. Bauh. hist. 2. p. 877., C. Bauh. l. s. *et* Moris. hist. 2. p. 251. s. II. t. 2. f. 1. Tourn. inst. 222. Boerh. lugdb. 2. p. 19., Dod. l. c.; — *varr. α.* fl. candide T., *β.* fl. purp. pleno T., *γ.* fl. pleno albo T., *δ.* fl. vario pleno T.; — *l. not.* in Sequanorum vallibus qua Rhenus fluit sub sepibus; in agro Neapolitano in pratis.

H. ops. syn. C. Bauh. Dod. ll. cc.; *var. β.* H. hort. fl. candido Tourn. l. c.; *l. nat.* Neapoli. ♂.

4830. **II. sibirica** *Sp. I.:* H. caule simplici, foliis lanceolatis dentato-serratis, petalis obtusissimis integris. *Sp. I - S. XII.* n. 3. — *H. matronalis β. sibirica* (*diagn. ead.*) *S. XIII. p.* 501. Habitat in Sibiria. 4. — Habitus omnibus partibus H. matronalis, ut facile pro varietate haberem; differt vero caule duplo altiore; cor. purpureis nec albidis; unguibus petalorum calyce duplo longioribus; petalorum bracteis obtusis vix ac ne vix emarginatis, cum praecedentis emarginatae ungue intermedio parvo prominulo. Folia longiora, angustiora, magis serrata. Caeterum Sibiria prodacit varias plantas mojoreas: Ononidem, Polemonium, Serratulam.

[*Sp. I. II.*]

„An varietas prioris?" *S. XII.* — „Var. est mera praecedentis, multis annis culta vix alterius distinguenda." *Mant. II. p.* 429.

4831. **II. inodora** *Sp. II.:* H. caule simplici erecto, foliis subbastatis dentatis, petalis obtusis. *Sp. II - S. XIII.* n. 4. H. sylvestris inodora Bauh. pin. 202. H. tertia Clus. hist. l. p. 297. Habitat Viennae, Monspelii. ♂. — Simillima H. matronali, ut vix nisi a quaro distinguatur, sed folia fere hastata basi transversali, argute dentata praesertim ad basin, magis mollia, nec ita scabra. Cal. non coloratl. Petala obtusa absque mucrone. Stam. non extra tubum floris prominentia. [*Sp. II.*]

[*Obs. Cf. de exemplari Linn.: Sm. brit.*]

4832. **H. africana** *Sp. I.:* H. caule ramosissimo diffuso, fol. lanceolatis *petiolatis acuta dentatis* (*Sp. II. sq.* — *serratis Sp. I.*) scabris, siliquis sessilibus. *Sp. I. S. X.* n. 4., *Sp. II. S. XII.* n. 5. H. africana, hieracii folio hirsuto, fl. minimo purpurascente. Niss. act. Leucojum gallicum, folio halimi. Bocc. sic. 77. t. 42. f. 1. Habitat in Africa. ⊙. — Planta caule foliis siliquis aspero pilis triglochidibus s. ternis. Flores locarnati: petalis angustis, sublanceolatis, obtusiusculis. Siliquae sessiles, strictae, teretes, subdepressae, obtusae mucrone acuto. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. H. caule ramosius, etc. H. cliff. p. 335. n. 3. Roy. lugdb. 339., Niss. l. c., H. sylv. parvo fl. Bauh. pin. 202. prodr. 103. Bure.; — *l. nat. id.* [*Eadem ex porte ad Chatr. chiom, n. 4814., q. cf. R.*]

4833. **H. verna** *Sp. I.:* H. caule erecto ramoso, foliis cordatis amplexicaulibus serratis villosis. *Sp. I - S XIII.* n. 7. Turritis annua verna, fl. purpurascente. Tournef. inst. 224. Leucojum minus rotundifolium, fl. purpureo. Barr. ic. 876. L. marit. latifalium Bauh. pin. 201. Moris. hist. 2. p. 241. s. 3. t. 8. f. 5. L. marinum alterum latifalium purpureo-violaceum. Lob. ic. 333. Rapistrum floribus leucoji marini. Bauh. pin. 95. prodr. 37. Burs. IV. 47. Habitat in Galloprovinciae maritimis. (⊙. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

4834. **H. lacera** *Mant. II.:* H. fol. runcinatis, siliquis *sub-* (*M. II.*) tricuspidatis. *M. II. p.* 428. *S. XIII. p.* 501. *n.* 0. — Chelranthus lucaros: *fol. lanceolatis runcinatis*, *cal. pilosis*, *siliquis nodosis tridentatis*. *S. XII. p.* 442. *et* (*bis*) *S. XIII. p.* 500., *n.* 13. Ch. lacarus: foliis lacero-dentatis acuminatis, cal. pilosis, siliq. nod. mucronatis. *Sp. I. p.* 662-3. *S. X. p.* 1134. *n.* 8., *Sp. II. p.* 926. *n.* 13. Leucojum lusitanicum purpureum, foliis eleganter dentatis. Herm. parad. 193. t. 193. Habitat in Lusitania. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Folia nuda, angusta, runcinata. Flores flavo-purpurascentes, noctu explicati odoratissimi. Siliquae apice subtridentatae." *S. XII. p.* 442., *XIII.* 500. — „Fol. nuda, ang. Cal. pilosi. Fl. tristes colore et odore. Sil. nud. tricusp." *S. XIII. p.* 501.

DCCCLXXXVI. **ARABIS** *G. I.:* Glandulae nectariferae quatuor, singulae intra calycis *foliola* (*basin S. VI.*), squamae instar reflexae. *S. VI. n.* 663., *X.* 732., *XII.* 818.

Arabis (*L., S. II.*). — Cal. Perianth. 4phyllum, deciduum: foliolis parallelo-convolventibus (*G. VI.*): duobus oppositis majoribus, ovato-oblongis, acutis, basi prominulis, gibbis, concavis: duobus reliquis linearibus, erectis. — Cor. 4petala, crucif. Petala ovata, desinentia in ungues longitudine calycis, patentia. — Nectaria 4: singulum ex squamula intra fundum folioli calycini, receptaculo affixa, reflexa, persistente. — Stam. Filam. 6, subulata, erecta: quorum 2 longitudine calycis, 4 duplo longiora. Anth. cordatae, erectae. — Pist. Germen teres, longit. staminum. Stylus 0. Stigma obtusum, integrum. — Per. Siliqua compressa, longissima, linearis, torulis ad semina inaequalis: valvulis longit. farme dissepimenti. — Sem. plurima, subrotunda, compressa. — Obs. Nectaria et stigma neque Chelranthum, neque Hesperidem esse demonstrant.

[*α G. I. n.* 544., *II.* 663., *V.* 732., *VI.* 818.]

4835. **A. alpina** *Sp. I.:* A. foliis amplexicaulibus, H. cliff. p. 335. n. 1., ... *dentatis*. *Sp. I - S. XII.* n. 1. — *Oed. dan. t.* 62. (*S. XII. XIII.*) — *Var. α. Sp. I.:* A. fol. amplexic. dent., caule erecto simplici. Roy. lugdb. 338. Hall. helv. 561. A. caule simpl., fol. ovatis utrinque denticulatis. Fl. lapp. n. 257. Fl. succ. II. p. 604. Draba alba siliquosa repens Bauh. pin. 109. D. tertia, succulento folio. Clus. hist. 2. p. 125. — *Var. β. Sp. I.:* A. fol. amplexic. dentatis, caule diffuso ramoso. Roy. lugdb. 339. *Fl. succ. I. n.* 566. Draba alba siliquosa Bauh. pin. 109. D. secunda Clus. hist. 2. p. 24. — Habitat in Alpibus Helveticis, *Austriacis* (*Sp. II.*), Lappouicis. — Mire varians ex loco planta. Var. *α.* brevis erecta alpina; *β.* inferne procumbens magna; hinc facie diversissima.

[*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Leucojum mont. minus, parve fl. Raj. hist. 766., L. vernum perenne album majus Tourn. inst. 221., Hesperis alpina s. muralis minor sepens. Bauh. hist. 2. p. 880., D. alba siliq. Bauh., D. 2da Clus., ll. (*sed β.*) ac.; — *var. α.* Leuc. vernum (etc.) fol. glabro succulento. Scheuch. alp. 313.; — *l. not.* in Alp. Lapp. Helv., in Jura monte et Saleva prope Genevam.

Fl. lapp. syn. Toorn. l. c., C. Bauh. l. (*sed β.*) c., Dr. altera Clus. pan. 482.; — *obs. β.*? „In Lapp. sipibus eaequam nobis visa fuit haec pl. altitudinem digiti superasse, in hortis autem pedalis evadit et ramosa." [*Obs. Cf. de hipponico: Loch. lapp. l. p.* 280.]

Fl. S. l. syn. Roy. l. (*sed β.*) c. *et* Hall. helv. 561., Fl. lapp., H. cliff., Tourn., ll. cc., Bauh. utrq., Clus., ll. (*sed β. Sp. I.*) cc.

Fl. S. II. syn. Fl. lapp., Fl. S. l., Sp. l. (*β.*), Bauh. utrq., Clus., ll. (*sed β. Sp. I.*) cc.

4836. **A. grandiflora** *Sp. I.:* A. caule nudo. *Fl. camts. n.* 20. *in* Am. ac. 2. p. 358. t. 4. f. 20. *Sp. I - S. XII. n.* 2. Habitat in Sibiria. 4. [*Sp. I. II.*]

„Rad. fibrosa, lignosa, 4. Fol. radicalia plurima, duos pollices longa, lanceolata, pinnatim ultra medium secta laciniis acuminatis, scabra, desinentia in petiolos oblongos, basi dilatatos, membranaceos. Caulis erectus, longit. digiti, teres, nudus.

Corymbus terminalis, depressus, flor. alternis: pedunc. brevissimis, inferior, paulo longioribus. Cal. Perianth. 4phyllum, erectum: foliolis purpurascentibus, oblongis, obtusis, deciduis, exterior, duobus basi gibbis. Cor. 4petala: limbo purpureo, patente; laminis obovatis. Stam. Filam. fl., subulata, longit. tubi, quorum 2 exteriora breviora. Anth. oblongae, flavae. Pist. Germen cylindricum, longit. staminum. Stylus 0. Stigma obtusum. — Dantur varietates foliis lanceolatis, integerrimis. Variat etiam flore albo." *Am. u c.* (*absque syn.*) *cum icone.*

4837. **A. thaliana** *Sp. l.*: A. foliis petiolatis lanceolatis integerrimis. Vir. cliff. p. 64. Fl. suec. I. n. 567. 11. 605. Roy. lugdb. 339. Dalib. paris. 200. *Sp. I - S. XII.* n. 3. Turritis fol. lanc. integris petiolatis, ad exortum ramorum solitariis. H. cliff. p. 339. n. 3. Bursae pastoris similis siliquosa major. Bauh. pin. 108. Pilosella siliquosa minor Thal. harc. 84. t. 7. f. D. — Habitat in Europae septentrionalioris sabulosis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Turr. vulgaris ramosa Tourn. inst. 224. Boerh. lugdb. 2. p. 15., C. Bauh. Thal. ll. cc., Bauh. hist. 2. p. 870., Alsoon thelephium Dalech. hist. 1131.; — *t. sat.* in ll. arenosis exaridis vulg. in Eur. — *Fl. S. syn.* Thal., Bauh. utrq., ll. cc. (*et Roy. Tourn. ll. cc. in ed. I.*)

4838. **A. bellidifolia** *Mant. I.*: Arabis foliis subdentatis: radicalibus obovatis cunsifarmibus (*Mant. I.*), caulinis lanceolatis. *M. I.* p. 94. *S. XII.* n. 9. Jacq. obs. 22. t. 12. Nasturtium alpinum, bellidis folio, majus. Bauh. pin. 105. prodr. 46. Bauh. hist. 2. p. 870. Plantula cardamines aemula Clus. hist. 2. p. 129. Turritis fol. omnibus glabris ovatis. Hall. helv. emend. 229. — Habitat in Alpibus Austriacis, Helveticis. ♃. — Simillima A. alpinae, sed petala erecta angusta, siliquae approximatae. [*Mant. I.*]

Obs. Cf. de syn. n. 4762. *R.*

4839. **A. lyrata** *Sp. I.*: A. foliis glabris: radicalibus lyratis; caulinis linearibus. *Sp. I - S. XII.* n. 4. — *Gron. virg. II.* p. 99. (*Sp. II.*) — Cheirantbus caule filif. laevi, fol. lanceolatis: infimis incisis. Gron. virg. I. p. 76. — Habitat in Canada. D. Kalm. ⊙. — Statura et habitus A. thalianae, praeter quod folia radicalia lyrata glabra, et flores majores. [*Sp. I. II.*]

4840. **A. hispida** *S. XIII.*: A. fol. hispidis: radicalibus sublyratis; caulinis lanceolatis. — Simillima A. thalianae s. lyratae, sed flores minores radixque perennis. Flores albi petalis erectis. Calyx [- - -] palmaris. Habitat in Austria. D. Mygind. [*S. XIII.* p. 501 - 2. n. 0.]

[„*Descriptionem, in Syst. veg. ab editore, nescio quo animo, truncatam, e manuscriptis Cl. Mygindi sic restauravit D. Jacquin, fil.*: Flores thalianae majores; cal. patulus; caulis palmaris." *Sm. fl. br.*]

4841. **A. Halleri** *Sp. II.*: A. foliis caulinis sublyratis, rameis lanceolatis incisis. *Sp. II - S. XIII.* n. 5. Sisymbrium fol. imis barbareae, superior. integris dentatis. Hall. opusc. 101. t. 1. f. 1. descr. Nasturtiom barbareae foliis. Bauh. pin. 105. prodr. 46. Habitat in Harcynia ad Clausthal, locis bomectis. [*Sp. II.*]

„Caul. erectus, *angustus* (*S. XIII.*). Folia lyrata, glabra. Flores albi." *Mant. II. p.* 429. *S. XIII.*

4842. **A. canadensis** *Sp. I.*: A. foliis caulinis lanceolatis dentatis glabris, *Sp. I. S. X.* n. 5., *Sp. II. S. XII.* n. 6., ... *flor. pendulis. M. II.* p. 429. *S. XIII.* n. 6. — *Gron. virg. II.* p. 100. (*Sp. II.*) — Eruca virginiana, bellidis majoris folio. Pluk. alm. 136. t. 86. f. 8. Turritis fol. lanc. dentatis: radical. maximis, siliquis compressis sulcatis. Gron. virg. I. p. 77.? — Habitat in *America septentr.* (*Canada. Sp. II.*) — Planta erecta, pedalis s. bipedalis, laevis. Folia lato - lanc., 4 vel 5 denticulis crassis remotis serrata utrinque. Racemus terminalis nudus, et ex summis alis duo vel tres laterales racemi. [*Sp. I. II.*]

4843. **A. pendula** *Sp. I.*: A. foliis amplexicaulibus, siliquis ancipitibus linearibus, cal. subpilosis. H. ups. p. 191. n. 1. *Sp. I. S. X.* n. 6., *Sp. II. S. XII.* n. 7. Turritis latifolia hirsuta, siliquis pendulis. Amm. ruth. 58. Habitat in Sibiria. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Folia scabra: Caulina minus, quam sequentia, amplexicaulia, serrata. Caulis scaber pilis raris rigidis. Pedunc. longi, filif., laxi. Calyces apicibus hirti. Siliquae laeves, sutantes, laxae." *Sp. II.* — „Flores albi." — *S. XII. XIII.* — „Distinctius ab A. Turrita." *Mant. II. sq.*

H. ups. syn. Amm. l.c., *t. sat.* Russia. ⊙; *descr.* 0.

4844. **A. Turrita** *Sp. I.*: A. fol. amplexicaulibus., siliquis decurvis planis linearibus, cal. subrugosis. H. ups. p. 192. n. 2. *Sp. I. S. X.* n. 7., *Sp. II. S. XII.* n. 8. — *Jacq. vind.* 118. (*Sp. II.*) — *Jacq. auctr. t.* 11. (*S. XIII.*) Turritis caule simplici, fol. lanceolatis subdentatis glabris. Sauv. monsp. 73. T. perraro ramifera, fol. lanc. obscure dentatis. Guett. stamp. 2. p. 162. Dalib. paris. 202. Leucojum hesperidis folio. Tournef. inst. 221. Brassica sylvestris, albido flore, autaate siliqos. Bocc. mus. 2. p. 81. t. 72. *Burr. ic.* 353. (*Sp. II.*) — Turrita major, plateau. Clus. hist. 2. p. 126. — Habitat in Helvetiae, Hungariae, Galliae, Siciliae, *sepibus montosis* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

⊙.

„Folia Radicalia ovali - oblonga, crassa, incana, margine undata. Caules pedales, vix ramosi. Folia amplexicaulia, dentata: suprema serrata, minus incana. Siliquae lineares, compressae, subsessiles, laeves, rigidae, alternae, ad latus inferius flexae." *Sp. II.*

„Flores ochroleuci." *S. XII. XIII.*

„Hab. in Helv. Hung. ⊙ aut ♂. Caute distinguenda est haec pl. a Turritide [*glabra*] Fl. S. l. n. 844." *H. ups.* (*cum syn. Tourn. Clus. ll. cc.*, Glastifolia cichoroides prima bauhini et Turr. 2da clusii, Bauh. hist. 2. p. 836.)

DCCCLXXXVII. **TURRITIS** *S. I.*: Siliqua longissima, angulata. Cal. connivens (*S. VI.*), erectus. Cor. erecta. *S. VI.* n. 665., *X.* 733., *XII.* 819.

Turritis *Tournef.* (*S. II. G. V. VI.*) Dill. gen. 6. — Cal. Perianth. 4phyllum: foliolis ovato - oblongis, *erectis* (*S. G. VI.*), parallelo - (*G. VI.*) conniventibus, deciduis. — Cor. 4petala, cruciformis. Petala ovato - oblonga, obtusa, erecta, integra: unguibus erectis. — Stam. Filam. 6, subulata, erecta, longit. tubi: quorum 2 breviora. Anth. simplices. — Pist. Germen longit. fluris, teres, subcompressum. Stylus 0. Stigma obtusum. — Per. Siliqua omnium longissima, strieta, 4gona, angulis oppositis alternis obsolctis et subcompressis, bilocularis, bivalvis: valvulis dissepimento vix aequalibus. — Sem. numerosissima, rotundiuscula, emarginata.

[*S. G. I.* n. 546., *II.* 605., *V.* 733., *t. c.*, *VI.* 819.]

4845. **T. glabra** *Sp. I.*: T. foliis radicalibus deotatis hispidis, caulinis integerrimis ampiexicaulibus glabris. H. cliff. p. 339. n. 1. Fl. suec. I. n. 544. 11. 606. Roy. lugdb. 339. Hall. helv. 560. Dalib. paris. 203. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Brassica sylvestris, foliis circa radicem cichoraceis. Bauh. pin. 112. Habitat in Europae pascuis siccis apricis. (♂. *Fl. S. II. Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. T. fol. inferior. cichoraceis, caeteris perfoliatae. Tourn. inst. 224. Boerh. lugdb. 2. p. 14., Bauh. l. c. *et* Murie. hist. 2. p. 210. s. 3. t. 2. f. 22., Sinapi album Dalech. hist. 1169.; — *ssr. a.* Leucoj. hesp. folio Tourn., Glastifolia cichoroides (etc.) Jo. Bauh. [*ll. ad-a.* 4844. cc.]; — *t. sat.* ad radices montium et in mont. herbidis per Suec. copiose, saepe in Germ. Gallia etc.

Fl. S. syn. Tourn., C. Bauh., ll. cc. (*et Roy. Hall. ll. cc. in ed. I.*); — *add. obs.*: „Variat interdum monstrosa ex aphidibus, ubi flores in capit. ovatum colliguntur, viridee omnibus partibus, persistentibus nec deciduis, calyce, corolla, stam. aut pistillis."

4846. **T. hirsuta** *Sp. I.*: T. foliis omnibus *dentatis* (♂. *Sp. I. sq.*) hispidis, caulials (*alternis H. cl.*) amplexicaulibus. Fl. suec. I. n. 545. 11. 607. H. cliff. p. 339. n. 2. Roy. lugdb. 339. Dalib. paris. 62. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Erysimo simitis hirsuta, non laciniata, alba. Bauh pin. 101. prodr. 42. t. 42. Habitat in Suecias, Germaniae, Angliae pascuis sylvaticis. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. T. hirs. montana, fl. albo. Rupp. jen. 62., T. vulg. minor Raj. syn. 294., Bauh. ll. cc., Barbarea muralis Bauh. hist. 2. p. 869., Turr. pulchra nova Bauh. hist. 2. p. 837.; — *t. sat.* in pratis sylvestr. Suec., rarius in rupib. Angliae, Jenae.

Fl. S. syn. Rupp., C. Bauh., ll. cc. (*et Roy. Rai. ll. cc. in ed. I.*)

„Varietas glabra forte hujus: It. gall. p. 192. 228., cujus flores non vidi, tota structura praecedentis, etiam silliq. erectis approximatis, sed omnia folia glabra, ut multum accederet Brassicae alpinae perenni Rupp. jen. 75., nisi folia caulina essent dentata. *Fl. S. II.* — [*Obs. Haec Ar. hirsuta* β. *glaberrima apud Wahlenb. succ. p. 415., sed cf. sp. sq.* — *It. gall. ll. cc. nullius momenti sunt. R.*]

4847. **T. alpina** *S. XII.:* T. fol. radicalibus dentatis hispidis, caulinis semi-amplexicaulibus. Habitat in Austria Jacq.; in Gotlandia. ♂. 4. — Statura omnino T. hirsutae, sed caulis laevis et folia caulina omnia glabra, integerrima, sessilia vel basi parum cordata et obtusa, vixque semiamplexicaulia. Flores majores sunt: petala alba, obtusissima, obovato-oblonga, calyce duplo longiora. Calyx compressiusculus, erectus. Flores diversum a T. hirsuta dicitant.

[*S. XII. XIII.* n. 3. — *Cf. sp. praec.*]

DCCCLXXXVIII. **BRASSICA** *S. I. G. I.:* Cal. erectus, connivens. Sem. globosa. Glandula inter stamina breviora et pistillium, inter qua longiora et calycem. *S. VI.* n. 661., *X.* 734., *XII.* 820.

Brassica Tournef. 106. Rapa Tournef. 113. — Cal. Perianth. 4phyllum, erectum: foliolis lanceolato-linearibus, concavo-canaliculatis, basi gibbis, erectis, parallelis, deciduis. — Cor. 4petala, cruciformis. Petala subovata, plana, patentia, integra, sensim attenuata in ungues longit. fere calycis. — Glandulae nectariferae 4, ovatae: quarum 1 utrinque inter stamen brevius et pistillum, et una utrinq. inter stam. longiora et calycem posita. — Stam. Filam. fl., subulata, erecta: quorum 2 opposita longit. calycis, 4 vero longiora. Anth. erectae, acuminatae. — Pist. Germen teres, longit. staminum. Stylus brevis, crassitie germinis. Stigma capitatum, integrum. — Per. Siliqua longa, teretiuscula, depressa utrinque: dissepimento apica prominente tereti, bilocularis, bivalvis: valvulis dissepimento brevioribus. — Sem. plura, globosa. — Obs. Napae T. facis vix a Rapa differt. Rapae T. calyx corollae concolor. Brassicae T. calyx virescens. [✻ *G. I.* n. 542., *II.* 661., *V.* 734., *VI.* 820.]

Obs. Huc Brassica *S. I. (absque syn.), et* Rapa *S. I. cum syn.* Napus (Autt.).

* Stylo obtusiusculo (✻. *Sp. I.*).

4848. **B. orientalis** *Sp. I.:* B. fol. cordatis amplexicaulibus glabris: radicalibus scabris integerrimis, siliquis tetragonis. H. ups. p. 190. n. 2. *Sp. I.-S. XII.* n. 1. — *B. campestris prima Clus. hist.* 2. p. 127. *B. camp. perfoliata, fl. albo. Bauh. pin.* 112. *Segu. ver.* 1. p. 380. (*Sp. II.*) — B. orientalis perfoliata, fl. albo, siliqua quadrangula. Tournef. cor. 16. — Habitat in Oriente, *Monspelii* (*Sp. II.*). ☉. [*H. ups., Sp. I. II.*]

„Petala erecta (*alba S. XIII.*). Folia omnia glabra." *Mant. II. p.* 429. *S. XIII.*

4849. **B. campestris** *Sp. I.:* B. radice cauleque tenui, foliis caulinis (*omnibus H. cl.*) uniformibus cordatis sessilibus. H. cliff. p. 339. n. 4. Fl. suec. I. n. 546. II. 608. Roy. lugdb. 344. *Sp. I.-S. XII.* n. 2. — *Oed. dan.* 550. (*S. XIII.*) — B. campestris perfoliata, fl. luteo. Loes. pruss. 29. *et* L. Fl. lapp. n. 265. — Habitat in agris, non argillosis, Europae. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Rad. annua. Cor. lutea." *S. XII. XIII.* — „Folia radicalia lyrata, subhispida; caulina laevia." *Mant. II. sq.* — „Cor. huic semper lutea, nec unquam alba [*sc.* n. 4848. *R.*] apud nos occurrit." *Fl. S. I. II.*

H. cliff. syn. Loes. Fl. lapp. ll. cc. | — *sarr.* α. B. camp. perfoliata, fl. albo. Bauh. pin. 112. Moris. hist. 2. p. 210. s. 3. t. 2. f. 19. 20. Boerh. lugdb. 2. p. 12., B. siliquosa Bauh. hist. 2. p. 830., B. sylv. perfoliata Dod. pempt. 626., B. camp. prima Clus. [*s.* n. 4849.], — β. R. camp. perf., fl. purpureo. Bauh. pin. 112.; — *l. sued.* inter seg., praes. in Suec. septr. s. Norlandia, Smolandia et Norvegia, „adeo saepe copiose ut integros agros florens flavo obducat colore." [*Simil. Fl. lapp. obs.* α.]

Fl. lapp. syn. Loes. *l. c.*, B. camp. perf., fl. albo („Intam nubis") Bauh., fl. sylv. prf. Dod., ll. [sed β. *ll. cliff.*] cc. „?"; — *addd.* α *ba.* β., *plantam vulgo* 1-2*pedalem variare in sterilibus tenellam vix pollicarem flore unico et magno.*

Fl. S. syn. Loes. *l. c.* (*et Roy. l. c. in ed. I.*)

4850. **B. arvensis** *Mant. I.:* Br. fol. caulinis cordatis amplexicaulibus, petalis patentibus, siliquis obtuse tetragonis. Ger. prov. 368. descr. *M. I. p.* 95. *S. XII.* n. 11. Br. campestr. perfoliata, fl. purpureo. Bauh. pin. 112. Br. sylvestris fabariae foliis. Boec. sic. 49. t. 25. f. 3. 4. — Habitat in Europae australis arvis humentibus. 4.

[*Mant. I.*]

„Caulis inferior pars perennans. Fol. infer. repanda. Cor. violacea, patens." *Mant. II. p.* 516. — „Rad. 4. Cor. purpurea." *S. XII.*

4850b. **B. arvensis:** B. fol. amplexicaulibus spatulatis repandis: summis cordatis integerrimis, Mellus. — B. campestris purpureo flore. Clus. hist. 2. p. 127. — Caulis pedalis, laevis, flexuosus, ramosus, infaroe perennans. Fol. glabra, amplexicaulia, spatulata, obtusissima, margine exteriore repanda, subcarnoso-oleracea: superiora amplexicaulia, cordata, obtusa. Calyx clausus, laevis, basi bifariam gibbus. Petala laminis patentia, obovata, emarginata, violacea venis sanguineis, patana [*F R.*]. Anth. flavae, eminentes. [*Mant. II. app. p.* 568.]

Obs. S. XIII. diagn. cod. et syn. Clus. — Add. cit. „Syst. nat. XII. tom. 2. p. 231."; *ibi vero nomini Sinapis brassicata* [n. 4862.] *occurrit, quam ipse editor in S. XIII. servavit. R.*

4851. **Br. alpina** *Mant. I.:* Br. fol. caulinis cordato-sagittatis amplexicaulibus, radicalibus ovatis, petalis erectis. *M. I. p.* 95. *S. XII. XIII.* n. 12. — Br. alpina perennis Rupp. ed. Hall. 75. descr. — Habitat in Germania ----, D. Schreber. — Differt a Br. arvensi caule angustiore, fol. tenerioribus longioribus, radicalibus longe petiolatis; imprimis petalis erectiusculis albis, et flore parvo Turritidis.

[*Mant. I.*]

„Figuram misit D. Grimm." *S. XII. XIII.*

4852. **B. Napus** *Sp. I.:* B. radice caulescente fusiformi. H. cliff. p. 339. n. 3. Fl. suec. I. n. 547. II. 609. *Act. Aolm.* 1741. p. 200. *H. ups. p.* 190. n. 4*. Mat. med. n. 328. Roy. lugdb. 344. Dalib. paris. 199. *Sp. I.-S. XII.* n. 3. Napus sylvestris Bauh. pin. 95. Napus Dod. pempt. 674. — *Var.* β. *Sp. I.:* Napus sativa Bauh. pin. 95. — Habitat in arenosis maritimis Gotlandiae, Belgii, Angliae. ♂.

[*Sp. I. II.*]

„Rapast olei elicendi gratia colebatur a Domino Alströmio. Hujus Brassicae: Cal. semipatens. Caul. laevis, ramosus. Fol. superiora longa, subdentata, basi rotundata amplexicaulia, inferiora lyrata, glabra uti tota planta. Siliquae longae, crassae, subtorosae." *It. sudg.* p. 132.

